toes ppont ctra et unica actoe debet ede / ut p unde
psit reus pleni instrui. ut. ff. de edendo. l. i. ua dic
qua actoe ... e. non dicit quib; actoib; . quoni eni re
us ps; instrui qualit Responderet § ve R. m. p. ps;
in hoc dubio dum formari libellus. **Libellus.**
§ Vob dne. a. 9. e. R. d 9. qui psider rem tale adme
ptinere iure dnii. et io re illa rei vendi / peto m restitui
Sz si forte dnii meu pbare non psu. ppono publicia
na § Vel sic. re ista peto directa rei vendi / et publicia
nu. vel ppono / publiciana protestor. qd ita recte 9ci
pitur libellus. dic. l. na quoties incertus sit que acto mg
petat duas actoes psu ppone. vnu ppoiendo / alia p
testando. ptestari enim nos velle 9sequi / q uos 9ting
quia p ieso; nondum interet int rogante ctu. § mo uni
9sultus argumentatur postea ex illa regla tamqua gnale
li na ita dic. ng gnalit / quot incerti sum et c. et sic fuit
ista sua. p. que place debet / qd si actor e certus q acto 9

petat. illa actoe ppona. sicut dubitat duas potest i
ceptare. sicut dicatum e. q. obstat si ppona. p. nonne
actor debet ee ctus de iure suo. sic. ut ff. ad vell. quia ius.
ff. p suo. l. ult. Ro. si non pot ee ctus de iure suo immo
e in ignorantia tm alieni / ut zille qui vendiderit fuit
dns an no. et io admittitur in ignorantia. ut in pdca
l. ff. p suo. l. ult. in fine. **questio.** ...
§ due qoes sunt in hac actoe de quib; sepe querit ad
vocati et iudices / pa. vii oritur ista acto / et an sit pu
nom actois / quidam dicunt / qd acto ista dativa / et no
nativa. datur eni a pretore. sic et al. C. de trans. cu mota
et dicunt qd sit pu nom actois. ver' puto quacu ista
sit nativa et oriatur ex utili dnio / sic rei vin. oritur
ex directo. et q non e pu nom actois Sz e util. vin.
que dr publiciana, **questio.**
§ It sedo qr. an publiciana. et rei vin. sunt cie / p hac
questioe. videtur repbari libellus quottidie ofte,
tur invidentis / cu natura cia actoru sit illa / q ut
que non intemptatur simul. ut et una intemptata pot
ad altam. quis redire. ut. C. de furt. l. manifestissimi. na
l. quor. legator. loquitur. non in his actoib; Sz diversis vi
detur e q sit cie. na qui ppont publi. dic se. a no dno
emisse. qui ppoit rei vin dic se emisse a dno. non ne
ista sunt cria. dice me emisse a no dno / et emisse a dno.
Sig° sunt cie / non psunt simul ppoi. ut c. de furt. l. i. e
§ similis extero. se. ma. em. l. unica. § It e si una in
tentatur / non pot ad alia redire. ut. C. de fur. l. ult.
§ Sz. o. ff. de reiud. l. minor. § similis. na ibi una inte
tata ad alia reditur. / Reo actoes istas non iudico cie
cias / Sz diversas. na actoes ille dicuntur cie q hnt 9o
eventus / ul effectus. non quar cie roe originis. si
mandati et furti sut cie. quia diverso hnt effectus.
quia p una bene tm 9cut. s. p actoe mandati p
alia repbatur contus. s. p furti. ut c. de furt. l. i. § at
effectus publiciane / et rei vin idem e. rei vin / eni pre
datur iudicanda et publiciana simil. vin sunt diverse
quia diverso hnt auctores. q una civil. s. rei vin.
alia pretoria. s. publiciana. sic videt in simili dice
testam. falsi / et inofficiosum / istasunt cria roe originis.
quia quidam falsi. dic nullu. ut ff. que adm. te
agrantur. et d. l. i. et ff. de v. sig. l. paulus. Reo q
dic inofficiosu. dic testam fuisse. Sz ruptu e / et tm q
roe exitus ad ide tendunt. io si plo dpi falsi p su di
ce p ea inofficiosi et e. ut. C. de inoffi. te. l. cum
qui ad ide eni tendunt. na si dico. falsu / volo q d uo
luntas illa irritet que de facto e / Ite si inofficiosu
similit. q sep pu tenqr via ad irritandu testam
peddo. **Si res tuas sit usucapta ul' prescripta ab aliq**
psente. du ees absens potis ea repete. ver tn pe
te pote rescissoria p q usucapio rescinditur. Re § de act. i re rescissoria.
§ It qua loco sequenti acto recisoria in arbore do
mini jo. ponitur / io de recisoria dicamus. Sig° res
tua sit usucapta ab aliquo psidente / quia fuisti
absens causa rei pub. vel cu studio cui / vel necessaria
capti vitatis / poteris re tua recuperare. p inde ac
si res usucapta non eet. ut inst. de act. § rursus
§ It si absens usucapiat re psentis similit psenti
succurritur 9 absente p actione recisoria. Sz diverso
modo. ut. s. notabo. no e debet qd currit me
dio tpr absenti. l' psenti pdee ul obee. ut ff ex
quib; caus. ma. inst. re. l. i. et l. It ar ptor § ista
recisoria copetit sui sit lesus absens. l' psens. in
actoib; civilib; ul et in delictis. ut ff. ex quib; caus

§ It alio modo no valet libellus. na dicendo
qui no intelligi mag de publi. que e util rei
vin. q de illa utili que datur superficiario. na
et illa fiet utilis. ut ff. si agr. vec. ul' ephyte.
l. i.

ma. l. si qua actatio (in hac actione principaliter queritur an sit proprium nomen actionis. item quibus dicatur. item quando competat vel detur. et unde nascatur. et quanto tempore duret. est enim sciendum quod rescissoria, secundum quosdam, est proprium nomen actionis. domino Azo. et domino Ac. et domino preceptori meo. Ka. videtur quod non sit proprium nomen actionis, sed est nomen adiectivum quod ab effectu dicitur, quia usucapionem vel prescriptionem rescindit que secuta fuit. sicut actio dicitur confessoria que datur contra confessos, et tamen non est proprium nomen actionis. ut ff. ad l. aquil. proinde. § ii. nichil enim aliud sonat illud nomen rescissoria nisi actio pristina que est restituta et sanata medicina et electuario pretoris, que fuerat infirma vel elisa per usucapionem vel prescriptionem. Si queris utrum ista actio rescissoria sit in rem vel in personam vel mixta. item utrum sit eadem cum prima. Dico actio rescissoria est in rem si actio pristina est in rem. verbi gratia competit michi rei vindicatio que est sublata per usucapionem, restituitur michi illa rei vindicatio beneficio pretoris et sic vocatur rei vindicatio rescissoria. Item est rescissoria in personam si prima actio fuit in personam. verbi gratia competebat michi etiam condictio ex mutuo prescripta. competit michi etiam condictio rescissoria. item si prima actio fuit mixta. sicut petitio hereditatis. ut C. de pet. hereditatis l. hereditatis petitionem, rescissoria erit mixta et dicetur petitio hereditatis rescissoria. Item si prima fuit perpetua, et rescissoria, scilicet actio restituta, erit perpetua. si prima temporalis, et actio rescissoria temporalis. ut redhibitoria et quanti minoris que anno vel vi. mensibus tolluntur. ut ff. de edilicio edicto. l. sciendum § ult. et l. cuiusque. Item una et eadem est cum prima. opponitur nonne actio pristina fuit sublata per usucapionem, quia usucapio est acquisitio dominii per continuationem temporis. l. diffiniti. ut ff. de usuc. l. usucapio. Si ergo sublata, quomodo potuit per pretorem renasci. videtur quod non. ut ff. de solut. qui res. § aream. Solutio. fictione. aliquando pro iudicat[illegible] sic hic. pretor enim fingit non esse usucaptum quod erat usucaptum removendo usucapionem de medio. ut inst. de act. § rursus. sicut et in alia fictione. C. postliminii. quia fingitur captivus semper in civitate fuisse. item in fictione legis cornelie que fingit captivum mortuum hora captivitatis. ut ff. de captivis et postl. l. postliminium et l. pac. § ult. et l. qui si filius. Item videamus quando competat et cui competat. Sciendum quod qui fuit absens causa necessaria et probabili, puta rei publice, sive causa probabili ut studiorum, sive necessaria ut captivitatis. Si autem ex voluntaria causa aliquis fuit absens non dabitur ei rescissoria. ut ff. ex quibus causis maiores. l. i. et l. si non. in prin. Sed predictis personis aliis et aliis datur rescissoria. (ecce enim adhoc ut absenti causa rei publice detur rescissoria ista sunt consideranda. scilicet quod fuit absens. item quod non affectavit quod esset ambassator rei publice. sicut multi faciunt qui rogant officiales quod si debet mitti aliquis ambassator pro re publica quod ipse mittatur. Item quod iverit tamen pro commodo rei publice et non pro suo commodo. Item quod non fuit absens pro lesione alterius. Item quod non fuit absens causa vitande litis. Item quod non vadit maturius et ante tempus quam ei iniungatur. Item quod potuit redire et non fuit reversus. Scilicet xx. milia dantur per diem ad revertendum, quod hodie requiruntur dicunt. ut ff. ex quibus causis ma. l. item hii. et l. et quidam. et l. rei publice. et l. abesse. et l. miles commeatu. Unde adhoc ut rescissoria non competat ei qui fuit causa rei publice Reus in iudicio faciat tales positiones. Ego dico sacramento meo. vel pono quod tu dedisti operam et affectasti quod esses ambassator pro re publica aretina. Item ego dico quod tu eras tue utilitatis et tui commodi missus. Item ego dico quod tu fuisti absens ad hoc ut alium lederes. Item ego dico quod tu fuisti absens causa vitande litis. quia lis tecum inferebatur

Margin (left): dicitur; (qo); (qo); tue; positis; scilicet est; No. quod fictione inst.; prima; qui competat pe.; No. xx. miliaria dantur pro dieta.; absens causa probabili et necessaria; clus.

Margin (red): positiones rei. quando quis abest probabili necessaria causa.

Item ego dico quod tu ante aliquantum [illegible] sic

tabat. Item ego dico quod maturius fuisti absens quam debueras. Item ego dico quod tamen est tempus forte [illegible] quod tu potuisti reddire et non es reversus. ~~Item ego dico quod tali die applicuisti. Item.~~ Item ego dico quod postquam rediisti tantum tempus cucurrit quanto tempore fuisti absens et sic non dabitur rescissoria. ut ff. ex quibus causis ma. inst. re. l. ab hostibus. § sed quod simpliciter. Sciatis iste confessiones in hac rescissoria varium effectum inducunt. quia in prima et secunda et tertia et quarta confessione si respondebit actor verum est, omnino denegatur rescissoria. in aliis autem confessionibus denegatur rescissoria pro illo tempore quo maturius ivit, pro illo tempore quo potuit redire. nam illa tempora non restituentur. Actor autem adhoc ut optineat in rescissoria tales faciat positiones. positiones actoris. quando quis abest causa probabili necessaria.

Ego dico sacramento meo quod rem meam possedisti me existente absente anno vel biennio vel triennio. Item dico quod rem illam usucapisti computato tempore absentie ad usucapionem. Item dico quod fui absens causa rei publice, ubi scilicet Aretine civitatis. Item dico quod in [illegible] fui missus. ut probate positiones excludatur illa positio quod data opera fuit absens. Item dico quod per talem absentiam fui dampnificatus [illegible] ut probate positiones excludatur positio rei. quod non gratia utilitatis proprie fuit absens. Item dico quod intra [illegible] die fui in [illegible] et eodem die vel sequenti. ut probate confessiones excludatur positio rei quod maturius iverit actor. Item dico quod pessimum fuit tempus, pluvis [illegible] tus. vel maxima guerra postquam ivi ambassator et sic cito redire non potui. ut ff. ex quibus causis ma. inst. re. l. [illegible] et sic tollitur positio rei que est quod tu potuisti reddire et non redisti. Item dico quod postquam reddii non potui habere advocatum si potui conducere hospitium. Item non potui componere sarcinulas meas. ut ff. ex quibus causis ma. l. ab hostibus. § sed quod pretor. Item dico quod iudex [illegible] non reddebatur et sic probata confessione tollitur rei positio que est in multum tempus preteriit postquam rediisti. licet enim preterat tempus post reversionem, tamen si magistratum stat quo minus reddit nichilominus competit rescissoria. ut ff. ex quibus causis ma. l. sed et si per pretorem. § [illegible] positiones generales. verum si velit petere rescissoriam ratione iudicii reus faciat tales positiones.

Ego dico sacramento. quia tu fuisti legitime defensus. si illud confitebitur actor non restituetur nisi ad probandum. ut ff. de min. xxv. l. ult. Actor vero faciat tales positiones ego dico quod non fui legitime defensus. Item ego dico quod nullo modo fui defensus. Sicut confitebitur reus, restituetur ad totam causam. ut C. de procur. l. quia te absente. ff. ex quibus causis ma. § si ab hostibus. et C. ex quibus causis ma. inst. re. l. i. (Item in rescissoria quam intentat his qui fuit absens causa probabili puta studiorum tales faciat reus positiones. positiones rei in rescissoria quando quis abest causa probabili.

Ego dico sacramento meo quod in scolis tota die [illegible] eras cum ganeis. videbas ad aleas, libros pignori semper habuisti. si illud confitebitur actor, quod non potest petere restitutionem quia ex causa probabili licet est causa probabilis et ideo cessante causa cessat effectus, scilicet restitutionis. nam clericus et monachus ita gaudet privilegio clericali sicut faciunt que spectant ad monachos et clericos. ut C. de epis. et cleri. l. de [illegible] et l. generaliter. et l. quicumque. sub presbitero. Item ego dico. sacramento meo quod quando ivisti causa studii [illegible] vel artium, vel parisius quod potuisti relinquere procuratorem et non reliquisti. Sic confitebitur illud non habebit rescissoriam. ut ff. ex quibus causis ma. l. i. in prin. Hee sunt positiones generales. Nam si de iudicio quod non fuit defensus tales faciat reus confessiones. Ego dico quod tu fuisti defensus legitime. si illud confitebitur illud non habebit rescissoriam. ut ff. quando appellandum sit. l. i. § ult. Actor vero faciat tales positiones. ego dico quod minus legitime fui defensus. Item est dico quod nullo modo fui defensus. et habet appellandi suo iure et

Margin (right): arripuisti; rediisti; potuit; ambasciata; ad appellandum; ex causa probabili actor fuisse absens non [illegible] fuit; positiones; actor

sine restitutiona. ut ff. de mi. re. l. ille. Sicut dicam sacramento suo ego non potui relinquere procuratorem. l. reliqui et mortuus est. in restitutionem hic quo appellando. ut. ff. ex quibus causis ma. ini. re. non in nem. Actor non absens ex causa probabili tales faciat positiones. positiones actoris absens causa probabili.

Ego dico quod fui bononie sive aurelianis vel parisius causa studii. Item ego dico quia semper et continue studui. Item ego dico quod non potui relinquere procuratorem. Item ego dico quod reliqui procuratorem. s. titium. Item ego dico quod ille titius mortuus est. Item dico quod rem meam possedisti. Item dico quod usucepisti. Item dico quod illud tempus computas ad prescriptionem vel usucapionem. hec sunt positiones quas aliquis facit tempore quo res alicuius est usucapta seu prescripta. Sicut (?) velit in restitutionem intentare quod fuit forte dampnificatus quia fuit contempnatus dicat actori. Ego dico quia nullo modo fui defensus. Item ego dico quod fui minus legitime defensus et si fuit scribitur reus restituetur ad appellandum non restitutionis beneficio sed suo iure. ut. c. quomodo et quando iudex. vel ab eo. Item in restitutionem quam intentat quis absens causa necessaria sicut captivitatis. vel relegationis. reus faciet tales positiones. positiones rei absens causa necessaria.

Ego dico quod tu fuisti captus a latrunculis et non ab hostibus. si hoc confitebitur actor non dabitur sibi restitutio. captus enim a latrunculis statum non mutat. ut ff. quitem. fa. p. l. qui a latronibus. nam possit agere contra illos non datur restitutio. sic non datur excepto pene promisse si aliquis fuit retentus a privato. ut ff. siquis caut. l. ii. inst. sed hanc confessionem non multum approbo. quia et si a latronibus aliquis impeditur habet restitutionem ut ff. ex quibus causis ma. l. succurritur. Item ego dico quod tu aufugisti ad hostes. Item ego dico quod tu potuisti relinquere procuratorem et non reliquisti. Item ego dico quod noluisti adire pretorem pro tuo procuratore vel adire tu potuisti preside vel certis. sic confitetur actor non datur sibi restitutio. ut ff. ex quibus causis ma. l. item et l. ad hostibus et ff. de minoribus. l. exuli. restitutio. Item ego dico quod tu potuisti rediisse a captivitate. vel relegatione iam est missus et non rediisti. unde illius temporis denegatur restitutio. ut ar. ff. ex quibus causis ma. ma. re. l. item hii. Item ego dico quod eo animo redisti quod ad hostes vel latrunculos redires. et si hoc confitetur non habet restitutionem quia non videtur reversus. ar. ff. de captivis et post li. l. et ar. ff. de edil. edicto. quis sit fugitivus. actor vero absens. ex causa necessaria. s. captivitatis vel relegationis. tales faciat positiones. positiones actoris. absens causa necessaria.

Ego dico quod fuisti captus a talibus latronibus vel hostibus. Item ego dico quod fuisti relegatus. Item ego dico quod tanto tempore fui captus vel fui relegatus. Item dico quod illo tempore usucepisti. Item ego dico quod illud tempus computas tu ad lesionem meam. de restitutione autem queritur alicui absenti ex causa voluntaria non necessaria quia non datur ei restituitur iudice sedente pro tribunali sive sit voluntas sive necessitas sive sit perpetua. ut qui citatus per preconem non venerit ut ff. de mi. r. l. divus. quod si numquid mercatori datur restitutio. cum sit absens causa probabili puta mercature. videtur quod non. ut ff. ex quibus causis ma. l. rei publice et l. item hii. sed dico. l. ille loquuntur quando quis sub obtentu rei publice propter commodum exequitur. quod non licet sine iura. licet contra faciant abbreviatores nostri temporis. ut ff. de legatis. l. eum qui legato. § ult. vero principaliter causa mercature sit absens videtur quod sit absens causa probabili sicut scolares causa studiorum. ut ff. ex quibus causis ma. l. nec non. in prin. et quod ibi dicitur. quod datur restitutio hiis qui absunt causa probabili per eandem

dicit. causa studiorum gratia exempli ponit. quod et magis causis probabilibus. nam iuris consulta aliquando cum numerus habundat exemplis. unum gratia exempli ponit. ut ff. de iu. et iu. ar. l. i. § vulgo. et ff. ad l. cor. de fal. siquis obrepserit. et ff. ad l. aquil. ita vulneratus. nam cum initium l. illius. ubi non sit generale quia dicit dari restitutionem absentibus ex causa probabili licet prosequatur in uno exemplo nichillominus. l. erit generalis. ut ff. de iur. et fa. igno. l. regula. § plus quod enim detur eis restituto. ar. c. ff. de militari testo. l. ult. et per hoc. istud notare plus quamquam ad iter causa orationis vel ultra mare. vel ad sanctum petrum. vel ad sanctum jacobum. vel ad sanctum angelum. vel ad sanctum nicolaum. vel ad sanctum marcum. nam cum detur restitutio absentibus causa mundi. multo fortius debet dari absentibus causa anime. cum sit dignior anima omnibus rebus. ut. c. de sacro sanc. ecc. l. sancimus. nec obstat. si dicitur absenti causa voluntaria non datur restitutio. Redi tali voluntaria concedat in nomine contumacie. vera vel presumpta. et ita intelligatur de mi. re. l. divus. actor autem absens causa mercature. vel orationis. tales confessiones. Ego dico. quod sum mercator. Item ego dico quod tali mercatura utor. puta quod vado in francia. emo pannos et revendo et alia mercatura. Item dico quod hoc anno vel hoc mense ivi pro tali mercato bononiam. vel aretium in festo sancti donati. vel bononie in foro rerum. vel ferrarie in festo dierum dominorum omnium. Item ego dico. quod ivi et mercatum feci. Item dico quod tot mensibus fui absens. Item dico quod illos menses computas in usucapione. Item dico quod tu usucepisti. Item dico quod res quam usucepisti est mea. Item ego dico quod ego fui causa orationis ultra mare pro anno. vel ad sanctum jacobum. Item dico quod illum annum computas ad prescriptionem rei mee. Item ego dico quia tu usucepisti. positiones rei.

Reus vero tales faciat. positiones. Ego dico te aleatorem esse. ut per hoc excludatur positio illa quod sit mercator. Item ego dico quod quando ivisti non pro mercato ivisti sed in foro remanserat, cum ganeis. et lusoribus vivendo luxuriose et totam pecuniam amisisti. Item ego dico quod tu verecundia motus tardasti venire. Item dico quod tot menses sunt quod potuisti venire. Item dico te non ivisse ultra mare. sed ivisti ad quendam amicum tuum videndum. Item dico quod licet illo tempore fuit rumor quod iveris ultra mare inclusus fuisti cum tua domicella quam volebas latenter cognoscere. et sic cum deceperis deum. et homines indignus es restitutione. Item dico quod talia signa in sepulcro domini sunt. ita est formata illa ecclesia. ut si ignorer ista datur aperte intelligi quod non fuerit ibi. positiones absentium qui usuceperunt contra presentes.

hec sunt positiones quas faciunt presentes contra absentes quia volunt intrare restitutionem; sed absentes contra presentes qui presentes usuceperunt tales faciunt confessiones. Ego dico quod procuratorem reliqui. s. talem quem potuisti convenire. unde cum non convenisti non habes restitutionem; ut ff. ex quibus causis ma. l. siqui rei publice. Item ego dico quod talem habui defensorem. quod habui multos consanguineos et amicos quos non requisivisti. qui me defendissent. unde non datur tibi restitutio. ut ff. ex quibus causis ma. l. sed et si per pretorem. cum. l. sequenti. Item ego dico quod tu potuisti dare libellum potestati et interrumpere tempus quod tunc currebat quod est vel ordinarium. ut. c. de annali. ex. l. ut perfectius. sed restitutio non habet locum. quia ubi locum habet ordinarium auxilium extra ordinarium non habet locum. ut ff. de minoribus. l. in causa. et ff. de den

l. argentarius. § ii. ff. sic. ff. ex quibus causis maiores. ideo quod dicit de restitutione presentium contra absentes in ulla parte capitis edicti. ff. l. illa. ut preteritus sed in quodam licet a lius videatur. contra ut notat dominus ius. in prodeo. ff. ex quibus causis maiores. l. sed et si per pretorem. Sed illud queritur an sit prodesse statuto de iure absentibus cum rei publice alicuius castri vel ville vel burgi. Respondeo sic quia idem in hac villa et burgo vel castro quod civitas. ut ff. a. de leg. i. l. si hoc. § civitas. ff. ad trebel. l. omnibus. C. de fundis rei private. l. xii. l. cum qui. sunt autem ille potestates quibus impetratur rescissoria. unde adhoc sciendum est quod quis absens vel presens dicit se lesum iudicii ad iudicem et impetrat ab eo quod illa usucapio tollatur de medio. quod sibi non obstet in hac tali petitione concedenda sit restitutio. vel non. Si vero potestates sunt quia autem restitutio conceditur, aliud dicitur actio primitiva resuscitata. potestates iste non fuit. Sed fuit potestates ille quibus ille actioni primitive competunt. ut sicut publiciana actio primitiva. facta potestates que in publiciana competunt. sic dicitur contra. simul sunt potestates. actioni competentes quo ad queritur. aut quibus competit hec rescissoria. dic. p. et ia. quod tamen datur rescissoria cui a priore actio ceditur. quam dicit pretor est restitutio et dico et ceteris instans primitivo usucapione de medio currit rescissoria. aut et contradicit, videx nulla est rescissoria. sed non est evidens. p. p. et ia. cum enim actio primitiva sit sublata per usucapionem quo potest dici quod numquam duret cum ex toto de iure civili deserviret ipsa primitiva actio ut. ar. ff. de rei vin. l. iure. actio. Sed jo. et R. dicunt quod absentibus competit hec rescissoria sed sine effectu. mortua enim est vel vi pretoris similiter in casu sine iure. unde in spurata potestate sit efficax. cum enim semel concessa sit a priore mo tuo. non est necesse iterum eam concedi. ut ar. ff. de condit. et de inst. que sub condit. § ult. sicut videlicet in bonorum possessione illa competit in tam non prius bonorum possessionem intentare vel adeat pretore. ut C. qui admitti ad bonorum poss. l. ult. et C. de curat. furio. l. ult. quod enim absentibus competit dic. l. quia hec actio anno tollitur. ut C. ex quibus causis maiores. l. ult. et C. de cap. et post. liminio reversis. l. ab hostibus redemptus. et ff. de act. et obl. l. in honorariis. tollitur prescriptione. Sed competit actioni et non competenti non currit prescriptio. ut C. de an. exc. l. i. in fi. et l. ult. Sed R. p. currit prescriptio actionis rescissorie. vel impetrationi rescissorie. cum est sit sublata. per usucapionem quo potest resuscitari. ut ar. ff. de solut. quires. Careant. Item ar. p. jo. quod rescissoria competit ab anno. non ne pretor restituet absentes. sic quod non videtur. re exclusi. quod pretor mit. re pollicetur. et ff. de mi. re. l. non videtur. licet et de iure civili res per usucapionem discessit de domino primitivo tamen bonitatio p torio remansit in bonis illius. ut in act. quod metus causa in quarens manet in bonis metu passi de iure pretorio. licet de iure civili sit dominium translatum. ut ff. quod metus causa. l. metum. § licet. et ar. ff. de cap. et p. li. re. in bello. § si quis servum. Queritur unde nascatur hec rescissoria. utrum ex contractu. vel quasi. vel ex maleficio vel quasi. vel ex variis figuris causarum. ut ff. de act. et ob. l. i. Re. i. Quidam dicunt quod non nascitur sed datur et ci tatione divina et non nativa. ut et al. C. de trans. sac. l. commota. Imo actio illa oritur ex primo domino et certe actio illa oritur. sed pro ea est restituitur vel oritur. ex prima causa. quod dominium vel ea remansit in bonis suis. de equitate pretoris. Item queritur. quanto tempore duret rescissoria. quidam dicunt quod olim utili anno tollebatur. hodie quadriennio. ut C. de tempo. in integ. re. l. ult. Sed adhuc dicunt tolli quod et lite contestata non perimetur rescissoria. quia infra predictum tempus debet lis contestari et finiri. ut l. predicta. Dominus tamen jo. et dominus meus visum est quod rescissoria durat quadriennio hodie et non ultra. si quadriennio lesus est. si est ultra ledatur ulterius sibi tempus non restituitur. Sed si minus ledatur quadriennio illo solo minori solo tempore restituitur et sumno. ut ff. ex quibus causis maiores. re. l. Sed si pretore. § quotiens. et l. sed. § si quis sepe. verum si lis contestatur super rescissoriam. sic et alie quedam perpetuantur contestatione litis. ut ff. de fid. iusso. tuto. l. ult. et ar. ff. de iur. iura. l. nam postea. § si heres qui tempore. nam omnis actio perpetuatur usque ad xl. annos per contestationem litis. ut C. de prescr. xxx. an. l. ult. excepta actione de dolo. ut C. de dolo. l. ult. Sed non obstat. l. C. de temp. in int. re. l. ult. quod ibi dicitur quod infra illud tempus debet incipi causa et finiri. sub audi. causa. in int. re. i. causa illa. per quam petitur utrum restitutio sit danda vel non. Sed si conceditur postea rescissoria. infra illud tempus finitur quod restat de quadriennio. sicut lis contestata. sed ea perpetuatur. nam pone quod simus infra quadriennium absentia non est. Si lis contestaretur in ulla veteri actione perpetuaretur. certe sic. Sed et nunc. quia non debet prodesse vel obesse quod obvenit. ut ff. ex quibus causis maiores. re. l. i. Qualiter autem in hac actione fiat libellus questio convertitur. et est sciendum quod sunt quo modo quibus petitur rescissoria. a. ut iudex det restitutionem non porrigitur libellus. nam omnia illa que procedunt officio iudicis non porrigitur libellus. nam ibi porrigitur libellus vel adversarium di co in obnoxium iure actionis. at cum restitutio vel rescissoria petatur officio iudicis et non actione proposita. ut ff. de minus. quod si minor. § ult. jo. libellus non proponitur. Alii dicunt quod semper debet libellus proponi etiam si intentatur officio iudicis. nam licet officium iudicis non sit actio. tamen quia officium iudicis imitatur quod actio debet dari libellus. exemplum est peto officium iudicis et subvenire in pe[illegible] ditum. aliter debet libellus porrigi. adhoc ut reus deliberet cedat an contendat. ut dicitur. autem. offeratur. Item et videtur quod si etiam restitutio petitur. facit potestas vel iudex ad versario ut veniret. ut C. si ut abh. absolut. autem. Item os. et ff. de minus. l. vel. § ex facto est autem in hac parte ita distin guo. quando propono aliquid iudici quod spectet ad officium suum aut in modum denuntiationis. ut ita dicam domine iudex talia sunt infra ad officium pertinet. ista punire. tunc sine libello ista audiuntur. ut C. de accusat. l. ea que per officium. Si autem petatur officium iudicis in modum actionis. adhoc ut ibi subveniat impetrandum. aliter tunc necessarius est libellus. unde impetranda restitutione quia impetrata competit rescissoria. ita concipitur libellus. Libellus petendo rescissoria.

Vobis domine G. al. potestati supplico ego R. quod cum fuerim absens causa rei publice. vel causa studiorum vel causa mercatu re. unde quia sum lesus per talem absentiam. quia Titius rem meam usu cepit. vel quia Titius ab actione mihi competente

[margin note, left: Glo. qualis rescissoria petenda est.]

p usucapionem liberatus est. et sic contigit mea lesione tempore absentie mee. ideo peto domine iudex, ingressio uestro restitui. s. quod tempus cucurrit in medio. in mea absentia quod removeatur. ad illud propono officium uestrum domine iudex. Quidam dicunt iste libellus debeat dari quod petatur restitutio officio iudicis pro. officium iudicis illud operatur quod actio. ista actio prosequitur et iudicis officium prosequitur. ut possunt iudices. l. per restitutionem leditur alteri ut dictum est. ergo debet dari libellus. ut sic instruatur de dicat accedat. uel restitutio est concedatur. Concessa tamen restitutione competit et rescissoria. i. actio prima mutua rescissa. usucapione de medio in qua actio est concipietur talis libellus. s. p. **Libellus.**

Vobis domine. a. potestati. aretii. conqueror. B. de. c. qui possidet rem meam sitam in tali loco. cui tales sunt fines. quam possidebat. c. non usucepit. nec aliquo est usus. unde rem illam peto. in restitutionem per rei uendicationem rescissoriam. si dominus fui. sin per actionem publicianam rescissoriam et hec in realibus. actionibus que dantur iure domini. uel quasi si autem esset tempore pignoris. dicens rem peto per actionem ypotecariam quam rem dico ipsum non usucepisse. uel alio modo acquisiuisse. Similiter in actione personali. Ita. peto. x. aureos esse contra rescissoriam quos sibi mutuaui. quia dico ipsum huic actioni non prescripsisse. et sic admittebatur. p. talem libellum quia dicebatur quod in hac actione permittatur aliam mittere. illud non admittatur. sic dixi. s. in publiciana. uel ita concipe libellum, in hac actione. **Libellus.**

Vobis domine. a. potestati. aretii. conqueror. B. de. c. a quo peto rem talem sitam in tali loco. cuius fines sunt tales. et illam rem peto in restitutionem rei uendicatione rescissoria. si sum dominus. quia dico rem illam. uel dominium. ad me pertinere. Vel peto in restitutionem publiciana rescissoria quia dico me a non domino emisse. Vel alias concipies rem meam sitam in tali loco in mea absentia usucepit. s. quia pretor rescindit usucapionem ideo rei uendicatione. uel publiciana rescissoria peto rem illam, in restitutionem. Vel aliter. quam mea possides. unde quia pretor, me restituit. ideo rem illam peto in restitutionem. utili rei uendicatione. uel publiciana. Vel aliter meam possides. hanc peto in restitutionem rei uendicatione. rescissoria. uel publiciana rescissoria per in. ac si non usucepisses. quod tribus modis potest formari libellus legitimus. de actio. Item rursus Sed uidetur quod libellus iste non uideatur recte conceptus in ... quod rescissoria potest locum habere, nonne possessor factus est dominus de iure ciuili per usucapionem. ergo primus dominus desinit esse dominus. quia duo in solidum eiusdem rei domini esse non possunt. ut. ff. commodati. sicut certo. §. si duobus. et ff. de acquirenda possessione. §. ex plurimis. ergo quomodo potest intemptare actionem primitiuam. uel si intentat actionem, uel primam aut aliam sibi non potest. quia sublata est. ut de pena sic sublata non potest resuscitari. ut. ff. de solutionibus. quiritis. §. et ideo. Similiter actionem intentas. ita. dico nulla nouum obligatur. non ex contractu. uel quasi. non ex maleficio. uel quasi. et ita non teneor. ut instit. de act. in princ. Si dicis quod sit data ex equitate pretoris uel quia si restituatur exequitur pretor. uel mirum enim est. quia par in parem non habet imperium. ut ff. de arbitr. l. nam et magistratus. et ff. ad trebellianum. ille a quo. §. tempestiuum. si minor in maiore est. ut ff. de minoribus. l. minor magistratus. quo ergo pretorium aliter cum

nus iure ciuili. uel equale tollit equale. Respondeo primitiua. actio competit restituta de iure pretorio. et eadem est causa. et eodem iure. licet actualiter ualet quasi sit directa. potest enim pretor tollere ciuile. ut. ff. et ff. de iustitia et iure. l. ius pretorium. Formant ergo ista libelli iure. et hoc de iure pretorio. non autem de iure ciuili. quia licet de iure ciuili recessit amissa. tamen de iure pretorio fuit in bonis et remansit in bonis meis. ut. ff. quod metus causa. metum. §. illud. et ff. de cap. et post. li. re. l. in bello. §. si quis. Vnum sed querit an possit in eodem libello petere restitutionem et postea rescissoriam. quidam negauerunt. quia separata debent esse ista iudicia. ut. ar. ff. de pen. l. quis probabo. § maxime. cum prius petitur officio iudicis. Alii intemptetur. uel actionis. dominus. ioannes. admisit quod utrumque in eodem libello possit peti. et hoc cum minuendarum litium pretextu enim ad pretorem lites minuere. et ff. si certum pe. quidam. et in aut. de litig. coll. viii. §. ad excludendam. ita et cum minuendarum litium una actio fiat. hered. l. heredes. §. de pluribus. et ff. pro socio. l. societatem. non possunt. Si plures hoc est admisit. dominus. io. in actione ad exhibendum. et rei uendicatione quod possit in eodem libello utraque postponi. ut ita dicam. peto rem exhiberi et exhibitam uendico rei uendicatione. ut. ar. ff commodati. l. ii. Vnde. sm. dominum. io. ita concipitur libellus super utroque hoc modo. **Libellus.**

Vobis domine. a. potestati. aretii. supplico ego. B. o. quod cum absens fui causa rei publice. uel causa studiorum uel mercandi et per talem absentiam lesus sum. quia talem rem meam usucepit. ideo ut usucapio removeatur de medio officium uestrum imploro. et peto per officium uestrum in restitutionem et usucapionem rescissa propono contra c. quod rem meam possidet sitam in tali loco rei uendicatione rescissoria. uel publiciana. et per illam peto rem illam in restitutionem **contra**.

Sed uidetur quod libellus iste ex parte est. quia proponitur rescissoria que nondum competit sit male conceptus. nam certum est quod ante restitutionem in integrum concessa rescissoria non datur. sed ergo non est nata quomodo eam possum intentare. cum actio sit ius persequendi in iudicio quod nobis debetur. ut instit. de act. in princ. non quod nobis futurum est deberi. nec est iudicium de futuris esse potest. ut. ar. ff. de iudic. non quemadmodum. Respondeo. dominus. io. breuiter. nam et actio ab initio non competit et intemptatur de facto. et tamen super ea cepit competere. de iure uel ab initio intemptata, ut in pignoraticia. ut. ff. de pign. act. si rem alienam. §. ult. hoc et in actione de peculio quod ab initio non competit ubi intemptatur. at tamen ex post facto. hoc uidetur intemptata. ut. ff. de peculio. quesitum. hoc idem in rei uendicatione. ut. ff. de rei uen. sin. autem. §. si sic. et in rescissoria. ut licet adhuc non competat tamen quia competitura est in processu et ante sententiam de iure intemptatur. et hec de rescissoria ut ubi ualiora tractaui. alia queritur. in summa diuina. ut c. de relig. consultum. et in summa mea quam notaui de actionibus. **Si colonus. uel inquilinus. domum uel fundum. omnia que sunt et obligata inuecta et illata. pro pensionibus et dampno. unde potest illa bona obligata aduocare a quibus. p. per actionem seruianam. R. de actionibus seruiana.**

Si colonus. uel inquilinus tamen conducat predium. uel

donum / omnia sunt obligata ex pensione. ut C. locati
et conducti. C. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur. ff. in quibus causis
pignus. l. i. ii. et iii. unde si aliquo casu possessor rerum
veniat ad aliquem possit advocare per actionem Servia
nam. Quartum necessarium adhoc ut competat quod res sunt necessaria.
pro quod contractus locationis perfectus. Secundo quod res sint
invecte et illate et in predium vel in domum. hec duo probantur.
ff. in quibus causis pignus vel hypotheca. l. si horreum. ff. de
pactis. l. quia. Tertium quod in urbanis non consi
deratur scientia vel ignorantia. sciat dominus vel ignoraret
illa illata esse. in rusticis autem consideratur scientia
domini. i. quod dominus sciat illa illata adhoc ut teneantur
pignori. ut ff. in quibus causis pignus vel hypotheca. l. eo iure. C. locati
et conducti. l. certi iuris. et est ratio quare aliud in urbanis in quibus non consideratur scientia. in rusticis sic.
quia turpe est pompa patere divitias et rei familiaris tegere paupertatem. ut C. li. x. qui et a quibus.
quarta pars debetur. l. ii. sed in rusticis ideo exigitur
scientia. quia rusticorum fida simplicitas non novit
nisi ligones et aratra. unde merito talia presumuntur
sine turpitudine videri. ut notavit dominus meus
C. locati et conducti. l. certi. Item est quartum necessarium. scilicet quod res
invectae sint eo animo ibi invecte ut perpetuo essent
ibi. i. donec colonus vel inquilinus moraretur in predio. alias si ad tempus sunt illate ut usque ad nundinas essent ibi.
sicut forte faciunt mercatores qui merces inferunt
ut revendant non competit pro illis Serviana. ut ff. de pignoribus.
l. debitor. Item quintum est necessarium quod res sint tales illata cuius rei inquilinus sit dominus vel saltem nomine illius rei
habeat publicianam. alioquin non daretur Serviana. non enim quis
obligare potest quae quis de bonis suis facit obnoxia. ut C.
que res pignori obligari possunt. l. qui filios. unde et ff. de pignoribus.
si a beo. et quod res illata saltem fuit in bonis conductoris. ut
ff. de pignoribus. et quod nondum. l. quod nomine illius rei habeat actionem
vel retentionem. ut ff. de acquirendo rerum dominio. l. rem in bonis. Sextum quod sint tales res que possunt obligari. nam si res talis est cuius
commercium quis non potest habere. sicut in rebus sacris. illa
res non potest esse pignori. ut ff. que res pignori obligari
possunt. l. i. C. eadem. Septimum quod ille res intelligantur obligate. que quis specialiter esset obligaturus. nec
brace. nec concubina. nec talia. ut ff. de pignoribus. l. obligatione
generali. et argumentum ff. de peculio. quilibet. Octavum
quod precium certum quo contractum fuit pro locatione predii. vel locatione domus. alias si locatio esset nulla non esset aliqua obligatio sine precio. ut ff. locati et conducti. l. ii. et ff.
de positi. l. i. C. si quis sum custodiendum. Nonum quod
res possideatur a reo. nam cum sit in rem actio ista. ut
C. de pignoribus. pignoris. necesse est quod reus possideat. argumentum C.
de alienatione iudicii mutandi causa facta. l. i. Item est et decimum necessarium quod
sit maior. xxv annis colonus vel inquilinus adhoc ut
res eius tacite oblagantur. minoris enim res tacite non obligantur. quod sic probo. res tutorum tacite
obligantur. ut ff. de administratione tutorum. possessio. sed
minor tutor esse non potest. quia huius domini tuto
res esse possunt quorum res obligari possunt. ut C. de le

gitima tutela. l. ultima. sed res minorum non possunt obligari. ut.
ff. de rebus eorum qui sub tutela sunt. l. i. et C. de administratione tutorum.
lex. sicut expressim non obligantur ut legibus prohibetur et
statuta. quia non deberet plus posse tacita quam ex
pressa. ut ff. de re iudicata. ob quam causam et ff. de arbitris. l. cel
sus. Quid si dicas de scolaribus qui sunt artium vel bono
nie. quorum pro maiori parte sunt minores. nunquid tacite
obligantur eorum bona. sed quod sic. nam macedoniani in sco
laris filio. si sit mutuata pecunia. ut ff. ad macedonianum. l.
sed et ulpianus filio. sed non puto. potius enim habetur ibi eta
tis quam macedoniani. ut ff. de minoribus. l. verum.
Julianus quod si erit. Res bona non obligabuntur. sed ipso
tenebitur ex contractu nisi implorabit restitutionem qui
aristoteles et plato fecisset dote. unde in hac actione tales
positiones faciet actor. Positiones actoris.
Ego dico sacramento meo quod ea que in libello proposui
reus mihi reddere debet. Item ego dico quod talem domum meam
vel talem fundum meum est locaui tibi per x. libras. Item ego dico
quod res ista quam peto fuit inducta a te. vel illata. in domum. vel in fundum ex mea scientia in fundum
fuit illata. Item dico quod ista fuit illata. vel inducta
in fundum. adhoc ut esset ibi, donec colonus vel inquilinus
esset in domo vel in fundo. Item ego dico quod res est talis que potest obligari. Item ego dico quod res ista fuit tua
quia fuit dominus rei illius. vel ius habebat in re illa. Item
dico quod rem istam tu possides. Item ego dico quod rem istam tu
esset specialiter obligaturus. Item ego dico quod titius fuit maior tempore conductionis. Positiones rei.
Sed autem quam ponat. semper sit cautus reus quod si potest cum
securitate, sacramenta negare maxime quia positiones peru
dent exceptio alii. unde potest habere exultatem suam. confitendo vel
non negat si potest omnia predicta. et ita actori incumbet honus
probandi. Sed ipse reus tales faciat positiones. Ego dico
quod in predium vel domum locasti mevio pro isto anno. si illud
confitebitur. actor excluditur ab inceptione sua ex toto quia si per locationem est ulli anni secunda tuo tempore aget. et confitebitur se locasse mevio ex toto tollitur sua intentio. quia si locavit uni pro illo anno impossibile est quod alij
in solidum locasset. quia duo in solidum eidem rei locatores
esse non possunt. ut argumentum ff. commodati. si ut certo. § duobus.
Item ego dico quod tu debeas recipere a titio frumentum pro ista
domo quam sibi tradidisti fruendam, pro hoc et sic si hoc
confitebitur non erit locatio. quia sine precio locatio nulla. ut supra dixi. Sed erit quidam contractus innominatus vel
facio ut des. vel do, ut des. et sic omnia invecta non
erunt obligata pro illo frumento. quia hoc cautum legibus non invenitur. Item ego dico quod res iste eo anno
quo habuit a te domum conductam pro totum illum annum fuerunt
apud sempronium. et sic si illud confitebitur non potest dicere actor quod ista fuerint invecta. vel illata. Item ego dico quod
tu, in fundo, quem conduxit scivisti tales res tunc fore
illatas. si illud confitebitur. sequitur quod per alius impossibile dari
Serviana que non fuerunt illate. Item ego dico quod res illa
illata a titio erat merces quam tunc volebat vendere. et
ta die ex illa mercede vendebat. Item ego dico. quod titius

illam (hunc) vicaria/ commodati. vel depositi. et sic si procedit sequitur quod nullum ius habebat in re. unde non potuit obligare. Item ego dico quod rem illam non possideo. Item ego dico quod res talis est que obligari non potest. Item ego dico contractus fuit minor .xxv. annis. Item ego dico quod tunc rem istam nulli debitori modo pro aliquo obligasti. In hac autem actione ita concipitur libellus. Libellus.

Vobis domine .b. potestati. aretii conqueror ego .Rof. de con. qui iniuste rem talem detinet. quam rem dico michi restituendam vel restitui debere. cum sit michi obligata pro pensione domus. vel fundi. debita michi a colono meo/ vel inquilino que pensio est .lib. vel pro dampnum datum in domo locata/ quod dampnum est .x. sol. ad quam rem restituendam Serviana actione propono. Et quidem recte sic conceptus iste libellus probo. quia actio ista competit pro rebus obligatis pro mercede. vel pro pensione vel pro dampno. ut s. in prin. huius actionis. dixi. et dicit. Institutiones. de act. § Serviana. quod vero intenditur. contra possessorem rei patet. quia est in rem persecutoria. ut C. de pig. l. pignoris. et inst. de act. § sequens .s. in rem persecutoria (et ius possidendi) recte intentatur contra. te. ut quia possessor parte vel parti adversario actionem intentet. ut C. de ale. iudi. mu. ca. fien. l. unica. Set videtur quod iste libellus male concipitur. et hoc probo etiam est quia Serviana possessionem nudam revocat. ut ff. de neme. l. sicut in debitorem ammonuisti. qui .s. scilicet advocat nudam quoniam ibi intenditur ut res illa restituatur. non potest aliquo modo intendere. Item deberes petere possessionem rei debere tibi restitui. cum aliud sit petitum rei aliud petitum possessionis. ut ff. uti p. l. si duo. § ult. Item et alia videtur male conceptus libellus. quia per libellum intentatur petitorium. cum dico peto rem et ex natura actionis videtur quod sit possessorium. sicut dixi supra. Ego. inmobilium concipitur libellus ubi obstat. l. predicta. sicut in debitor. quia quod ibi dicitur. nudam possessionem avocat ita intelligitur .i. avocat rem ratione possessionis. non ratione dominii. ita est enim sua possidere rem illam ut cautum sit sibi prodebita pensione. ut ar. inst. quibus mo. re. con. ob. § ult. et quod habes ita necesse exponere in de leges. nam in hac Serviana habeo necesse probare contractum me impetrasse et dictum fuisse. Item ideo dicitur nudam possessionem avocat quia si possessor quicumque sit velit offerre et solvere debitum repellit creditorem agentem. et sic confirmat sibi possessionem illius rei. ut ff quibus mo. pig. vel ypo. sol. l. paulus. Et quidam tamen melius contra illi concipiunt ita libellum. Libellus.

Vobis et vob. domine. aretii potestati. con. b. Rof. de con. qui rem talem possidet obligatam michi pro pensione domus. vel fundi vel pro dampno ipsius domus que pensio vel quod dampnum est .lib. a tali colono vel inquilino contractus. Unde peto possessionem rei illius michi restitui vel peto rem michi ratione possessionis restitui. et hoc per actionem Servianam. et sic melius est istam clausulam apponere. rem peto ratione possessionis restitui .i. contra res illas est in possessione tua. et sic quocumque modo concipiatur libellus recte concipitur. Quaestio. Cum queritur quare actio ista Serviana fuit inducta. cum sufficeret interdictum Salvianum. quod locatori competit ad avocanda bona inquilini vel coloni. ut ff. de Salviano interdicto. l. i. Respondeo quidam Salvianum competit contra possessores huius iuris. licet res illa probatur adiuvetur. unde illud possessorium ista petitorium sunt alia. in Serviana debet probare locator rem fuisse in bonis coloni. ut ff de pig. l. et quondam. § quod dicitur. at in Salviano

non. hoc non est necesse probare. Item Salvianum competit contra conductorem. et eius heredes tantum. ut C. de interdicto Salviano. l. i. Serviana contra omnes possessores et heredes. ut ff. de Salviano interdicto. l. ult. et hoc quidam. licet l. illa. aliter intelligatur. Et admitto quod dicentes quod hec actio sit annalis. immo perpetua quia licet pretoria est tamen rei persecutoria. unde perpetua. ut ff. de act. et ob. l. in honorariis.

Si aliquis possideat rem tibi obligatam pignori potes ab eo rem illam petere per actionem quasi Servianam que ypothecaria dicitur. Rubrica de actione ypothecaria que datur creditori.

Si aliquis possidat rem mobilem vel inmobilem tibi pignori obligatam. sive sit debitor sive alius potes ab eo rem illam avocare. et hoc potes facere proponendo actionem quasi Servianam que appellatur ypothecaria. Que actio ad hoc ut competat tot sunt necessaria. In primis quod debitum subsit .i. in rei veritate mutuaveris sibi pecuniam. vel aliud quod continetur pondere numero vel mensura ut inst. quibus mo. re. con. ob. § ult. et ff. que res pig. ob. pos. l. ult. et sic sic frequentius contrahitur ypotheca in rebus talibus. Vel quia res aliqua sit vendita et pro defensione illius rei sit tibi res illa obligata. ut ff. qui potiores in pig. ha. l. creditor. § per divisionem. Vel si aliquid tibi promitto solvere vel constituo me debitorem pro alio et obligo pignus. ut ff. de consti. pecu. l. quamvis. et ff de pi. l. i. § pacto. et sic breviter notandum. necesse est quod aliqua obligatio precedat ad hoc ut quasi Serviana .i. ypothecaria locum habeat. Secundum est necessarium quod res sit obligata vel consensu solo sine traditione quod sufficit. consensu dico debitoris. sicut faciunt tota die debitores. quia dicunt sit illud sub ypotheca rerum mearum. ut ff. de pig. act. l. i. vel traditione rerum interveniente. ut inst. quibus mo. re. con. ob. § creditor et sic quantum ad actionem ypothecariam non est differentia contrahatur ypotheca solo consensu. vel rei traditione. ut inst. de act. § item. quia pignus est tamen differentia quantum ad pignoraticiam actionem. quia actio pignoraticia numquam datur debitori pro pignore. nisi rei traditio intercessit. et ita intelligitur quod habes. inst. quibus mo. re. con. ob. § creditor re obligatur .s. pignoraticia ad rem restituendam. s. quia intraditione. intervenit. Tertium est necessarium quod res sit talis que possit obligari. ut in superiori act. dixi. Quartum quod ille qui obligat rem sit dominus rei. vel habeat ius in re illa. ut in superiori actione notavi. vel licet si res aliena fuit obligata voluntate domini vel eo ratum habente. ut ff. de pi. act. l. aliena res et ar. ff. commodati. l. sicut certo. § nec immodicum. Quintum quod si minor .xxv. annis quare illam obligavit ut in superiori actione notavi. Sextum quod res fuit in bonis illius qui fuit specialiter obligata non sigillatim debitoris. ut ff. de pig. l. et quondam. § quod dicitur. et dicitur res esse in bonis cuius rei nomine actionem habemus vel retentionem. ut ff de diversis regulis iuris. l. rem in bonis. Septimum quod generaliter fuerunt obligata bona quod sit res talis illa quam specialiter non esset quis obligaturus. ut s. notavi. Octavum quod debitum sit in rebus debitum. sicut fieri non esset pactum de non pe-

Marginalia (left): o8 — ammonuisti — rem fuisse in bonis coloni debitoris. ut ff. de pig. si superatus est .l. et aut non dum sue. quod in possessionis non est necesse probare. — michi — non — quod — tamen hec actio

Marginalia (right): sit — sit — inter- — in pignus. — que — si

et non illam. § peto michi restitui. quia si apponeres tercium exaudires. cum possessio rei nunquam fuisset. set si petis rem tibi restitui ratione possessionis.

proprio. Item et alia differentia quia ubi illa sollempnia in actionibus non formabantur ipsis certis aliquorum verbis generaliter concipiebantur ipsis omnium verba verum in interdictis quotiens erant homines qui volebant illa proponere. tunc eis petentibus et desiderantibus formabant verborum conceptiones quibus in causis contra suos adversarios uterentur que interdicta vocabantur quasi inter duos dicta. Hoc potest curiosius lector attendere. quia in interdictis plerumque specificabantur specialia nomina personarum et demonstrationes personarum. licet non specificentur personarum nomina. ut ff. de tabulis exhibendis l. i. et ff. ne quid in loco publico l. i. et ff. de vi et vi armata l. i. Dicta sunt autem interdicta quasi inter duos dicta quia inter duos redduntur. licet quidam dicant quod dicantur ab interdicendo. nullam puto tamen differentiam esse eum interdictum actionem propria. nam actionis verbo et interdicta continentur. ut ff. de actionibus et obligationibus l. actionis verbo. Et quia de omnibus interdictis dicere turpe sum. primo tractemus de illis interdictis que tamen religionis tenent. quia dignior est causa religionis. ut ar. ff. communia de successionibus l. cum et ar. c. de sacrosanctis ecclesiis. Et ideo tractemus de interdicto de mortuo inferendo. quod tamen religionis tuetur. sicut et quedam alia. ut ff. de interdictis l. ii. § i. de quibus postea dicemus. Si aliquis vult inferre mortuum in sepulchrum vel denovo facere sepulchrum in locum suum et ab aliquo prohibeatur habet interdictum de mortuo inferendo. contra ipsum. Rubrica de interdicto de mortuo inferendo.

Si aliquis vult sepelire mortuum in sepulchrum ad quod sepulcrum sibi ius competebat inferre mortuum vel denovo velit facere sepulcrum in suum locum purum et prohibeatur ab aliquo poterit agere interdicto de mortuo inferendo quod prohibitorium est. vel actione in factum subrogata in locum illius interdicti. ut inst. de interdictis. Prohibitoria et ff. de interdictis l. i. et § et ff. de mortuo inferendo l. i. Verum si fuit prohibitus locus habet predictum interdictum adversus eum. ut postea tamen consequatur actor quantum interfuit eius prohiberi non esse. in qua computatione cadit loci emptio pretium. quia quis non quia fuit prohibitus non fecisset. ut ff. de relig. et sumptibus funerum l. liberis et ff. de mortuo inferendo l. i. § i. Ut hoc interdictum seu predicta actio competat tertium necessaria. Imprimis quod locus ille ad quem volebat inferre mortuum quod sit suus vel quod habeat ius inferendi mortuos in sepulchrum illud. ut ff. de mortuo inferendo l. i. § hoc autem interdicto. Item si ius habet autem ius inferendi mortuum illud est vel illud legatum est vel si requiem est de familia testatoris. ut c. de relig. et sumptibus funerum l. si sepulchrum et l. ius familiarum et l. ius sepulchri. Secundum quod licet locus sit alienus. quod domini voluntate immisseris vel immittere deberes. ut c. de relig. et sumptibus funerum l. ii. Tertium est quod volendo inferre mortuum prohibitus fuisti. ut ff. de mortuo inferendo l. i. qui prohibitus locum habet. sive aliquis te in ipso loco prohibeat sive in ipsa via. ut in lege predicta. Unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. Positiones actoris.

Ego dico locum istum meo quod talis consanguineus meus tali die decessit. Item dico quod dictum meum consanguineum in talem locum volebam sepelire. Item dico quod tu me volentem inferre prohibuisti. Item dico quod locus ille in quo volebam sepelire meus est. vel mihi ius competit inferendi mortuum quia ius illud fuit mihi legatum vel quia sum de familia vel quia licet locus ille sit alienus tamen ego intuli domini voluntate. Positiones rei.

Contra reus faciat tales positiones. Ego dico quod ille quidem decessit fuit tamen excommunicatus et ignotus. Item dico quod tu libenter uteris immundanis sponte factis. nec hospitalia non est consuetus sepelire mortuus. si illud consitebitur actor succumbet et hoc civilibus patet. Item dico quod ille qui fuit mortuus fuit tuus inimicus. si illud consitebitur succumbet quia non est utile quod aliquis inimicum suum velit sepelire. Item dico quod tu non fecisti ex pietate vel aliqua causa pietatis. si consitebitur actor illud succumbet quia tenet pellit maxima pietate monetur. ut ff. de relig. et sumptibus funerum l. at si quis. Item dico quod locus ille in quo volebas inferre mortuum meus est. si illud consitebitur actor succumbet ut supra dixi. Item dico quod tu licet te tamen prohibuit si illud consitebitur actor succumbet. In hoc autem interdicto vel actione concipitur ita libellus. Libellus.

Vobis domino .o. potestati pi. conqueror ego .c. R. de .o. qui me prohibuit inferre mortuum in locum talem cuius fines sunt tales. in quem locum ius mihi competit inferendi mortuum unde interesse meum quod estimo tantum. ad illud propono interdictum de mortuo inferendo vel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti generaliter conformandus libellus. dic l. i. ff. de mortuo inferendo l. i. ff. de relig. et sumptibus funerum l. liberis. Sed non videtur libellus iste bene conceptus nam istud interdictum prohibitorium est ut ff. de mortuo inferendo l. i. et dic l. ff. de relig. l. liberis nam ibi dicitur quod si sum prohibitus ago ut recesset illa prohibitio. verum si volo alias inferre possum. Item ago predicta in factum. unde dicunt quidam concipiendum libellum ita. ago contra te ne prohibeat me inferre. ad illud propono actionem in factum subrogatam in locum interdicti de mortuo inferendo vel propono interdictum de mortuo inferendo. Questio. Si tu opponas exceptionem quo stabit mortuus ne sepeliatur donec cognoscatur habeat ius inferendi vel non. forte fieret interim putridum. Respondet ipsi et dicunt quod eodem die vel in continenti finietur istud iudicium cum celeritate decideretur. ut eadem dapnum infecti. ut ff. de dampno infecto l. i. Verum tamen puto libellum debere concipi sicut ipse formavi et istud interdictum ad duo competit. scilicet si volo te prohibere ne prohibeas et est prohibitorium et si non possum petere interesse et per illud interdictum. ut ff. e. liberis et quod ratio hoc suadet. quis enim cum sit dolens de morte sui consanguinei veniet ad potestatem ut prohiberet illum prohibentem et proponeret libellum et iuraret de calumpnia. preterea enim dicerentur pessima verba orirentur et seminarentur inter eos. Item iam sunt eos. tolleretur istud interdictum forte uno die cum omnia interdicta ad unius annalia sunt. ut inst. de perpetuis et temporalibus actionibus et quia interdictum de glande legenda quod finitur tertio die. ut ff. de glande legenda l. ii. et l. i. Si autem mortuum alio intulisti potest agere predicto interdicto et concipere libellum ut dictum est vel agere in factum et tunc concipiet libellum. Libellus.

Vobis domino .o. potestati pi. conqueror ego .c. R. de .o. qui me prohibuit inferre mortuum in locum talem in quo mihi ius erat inferendi. unde propter illam prohibitionem intuli in alium locum purum vel conduxi pretium pro .s. x. quod interesse dicti loci extimo .xx. que peto actione in factum quod ita recte concipiatur libellus. dic l. ff. de relig. si quis liberis.

Si aliquis immittit aliquid in loco sacro contra interdictum. Ne quid in loco sacro fiat immittatur ve. Rubrica. Ne quid in loco sacro fiat immittatur ve.

Si aliquis edificat vel aliquid immittit in loco sacro locum habet interdictum. Ne quid in loco sacro fiat immittatur ve. ut ff. e. t. l. i. in prin. Sed tamen ad hoc ut istud interdictum locum habeat to[t] sunt necessaria. Imprimis quod locus ille sit sacer. ut ff. e. l. i. Dicitur autem locus sacer quando rite per pontifices deo consecratus est. ut ff. de re[r]. di[v]. l. sacra. Secundum quod illud quod ponitur pertineat ad incommodum vel ad deformitatem non si ad ornatum. ut ff. e. l. i. § hoc interdictum. Unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. Positiones actoris.

Ego dico quod locus ille qui est ita interfinatus est sacer. si negaverit fitebitur reus erit bene. Sicut dicat ego dico quod dominus episcopus consecravit locum illum vel dedicavit in honorem sancti jacobi. Item dico quod tu vel immittere vis ibi in loco illo turres tu[bul]as vel cornices in parietibus domus illius sacre. Item ego dico quod propter illa que illis immittere vis locus ille turpis appa[re]ret. Et contra reus faciat tales positiones. Positiones rei.

Ego dico quod locus ille cuius fines sunt tales quod est locus privatus. si illud confitebitur actor succumbet quia ex quo est privatus non potest esse sacer cum de loco privato fiat sacer. Item dico quod titius vel immittere voluit. si illud confitebitur actor absolvetur reus quia propter factum tertii ipse conveniri non potest. Item dico quod illud quod vel immitti debet ad hornatum loci illius spectat. si confitetur actor absolvitur reus. ut ff. e. l. i. § si. In hoc autem interdicto concipietur ita libellus. Vobis domine or. pot. pl. con. e. R. de co. Libellus.

quia vult immittere in loco tali sacro cuius fines sunt tales. propter quam immissionem locus ille turpis et deformatus apparet. Unde ne immittat vel immitti faciat. peto ipsum prohiberi. ad hoc propono actionem in factum subrogatam in locum interdicti. Ne quid fiat in loco sacro immittatur ve. vel ipsum interdictum quod varietur concipiatur libellus dicte l. ff. e. t. l. i. Et ita concipitur libellus si aliquis vult imponere vel immittere aliquid. Sicut est impositum vel immissum aliquid faciat positiones. s. quia immissa vel inlicita ponitur. S. Sicut primas vis facere positiones fa[ci]as ut interdictum limatum est. Libellus.

Secundo autem modo concipietur talis libellus. Vobis domine or. pot. pl. con. R. de co. qui immisit in loco tali sacro cuius fines sunt tales propter quam immissionem locus ille turpis apparet. Unde ut illud quod immisit removeat ago contra ipsum. ad hoc propono interdictum ne quid in loco sacro fiat immittatur ve. vel actionem in factum subrogatam in locum predicti interdicti quod ita concipiatur libellus dicte l. ff. ne quid in loco publico l. ii. § locum. lex illa non est posita in titulo ne quid in loco sacro. et sic utilius fuit tamen ugsum post illud sub hoc interdicto ut si ali quid sit immissum quod tollatur. cum pride interdictum utrumque fiat. quia est prohibitorium ut non immittatur. et est restitutorium ut si aliquid fuit immissum quod tolla tur. licet dominus jo. in sua arbore posuit separatim et sub alia forma. unde dat intelligere quod sint duo interdicta immo potius est unum. licet sit ex forma prop prohibitorium ex se[cun]da restitutorium. Jura tamen videntur quod duo sint. quia in diversis titulis et separatim ponuntur. ut s. dixi. Sed sunt quod utrumque in fine quod concipitur li bellus quod non per sit apponere proponi. certum est quod locus iste

in bonis nullius. unde subiectum frui[t]. hi fructus recipiunt. ut ff. de rei vin. l. in rem. act. § loca et ff. com. de. sunt. l. caulis. quoniam potest aliquis predicta interdicta proponere cum interdicta conpetant de interdicto. ut ff. de interdic. l. et ad privatas causas non ad publicam commodum. ut ff. de mun. l. sane. Ut predicta proponi possunt ab privatis et ceterum illi est cuius sit venditare. loca predicta. ut c. de sacro. s. ec. l. sancimus. interdicto et interdicta poterunt inventare. quod est tu obiecit in contra dicta competunt ad interdictum esse. Ita verum est illud ad interdictum esse competit tamen interdictum et plan. quod locus ille non deformetur. Propter illud quod immittitur debuit. vel immissum est immo dico quod quilibet privatus agere potest et proponere interdicta predicta omnem enim interest quod fiat oratoria vel possit peccato res deum pro peccatis exorare. ut in aut. coll. ix. § vere liceat in a. et a coll. viii. § quia nos ita competitus et ideo ovis potest predicta interdicta proponere. quod autem dicis quod interdicta pertinent ad causas privatas. Ita verum est quod quedam non tamen omnia. ut ff. de interdic. l. i. Si aliquis vult edificare sepulchrum. ad quod edificandum. s. ius competat et ab aliquo prohibeatur. habet contra eum interdictum de sepulchro edificando. Rubrica de interdicto de sepulchro edificando.

Est et aliud interdictum quod notatur de sepulchro edifi cando quod prohibitorium et causa religionis competit. si est ali quis volebat edificare sepulcrum ad quod ius sibi compe tebat et meum prohibeas edificare habet locum interdictum de sepulcro edificando ut ff. de oxe. infe. l. i. § prior autem sunt ad hoc ut competat istud interdictum. tot sunt necessaria. Imprimis quod aliquis possit de iure edificare. i. quod habeat ius hedificandi forte quia convenit ita per stipu lationem in locati venditione. ut ff. de relig. et sump. fun. l. quod si locus. Secundum quod aliquis edificaret vel quod edifica re vellet puta congregabat materiam necessariam ope re vel homines necessarios op[er]i. ut ff. de mor. infe. l. i. § prior autem et § edificare. vel est fugabat locum in quo volebat edificare et alius eum impedivit. ut ar. ff. de op. no. nun. l. stipulo. § o[mn]is. et ar. ff. de pollicitati. l. i. § cepisse terrum. s. quod alius te prohibuit. ut in legibus predictis. quod autem quod sepulcrum non sit factum sed faciendum. alias non habet locum interdictum. quod in aut. clarum. ut in l. predicta. Unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. Positiones actoris.

Ego dico quod ego volebam edificare sepulchrum in loco tali. Item dico quod in eo loco habebam ius edificandi. Item dico quod congregabam ibi lapides et a renam et calcinam ut ibi edificarem. vel locum purgabam. Item dico quod tu me prohibuisti volentem edificare. Et contra reus faciat tales positiones. Positiones rei.

Ego dico quod tu volebas ibi edificare domum. si illud confitebitur actor succumbet quia non habet locum interdictum quia competit tamen propter sepulchrum. sic. s. dictum est. Item dico quod tu materiam illam quam congregabas. faciebas congregari ad utilitatem tertii si illud confitebitur actor succumbet quia interdictum erat sua. Item ego dico quod locus ille in quo volebas edificare est meus. si illud confitebi tur actor succumbet quia potuit de iure prohibere. ut ff. ad l. aquil. l. quemadmodum. § si protectum. Item dico quod titius te prohibuit. si illud confitebitur actor succumbet quia conu olentia in lata ab alio contra me agere non possit cum peccata suo tamen teneat actores ut c. de penis. l. sancimus. In hoc autem interdicto concipitur ita libellus. Libellus.

Vobis domine or. pot. pl. con. e. R. de co. qui me prohibet vo

lentem hedificare sepulchrum in loco tali cuius fines sunt ta-
les in quo loco est ius edificandi sepulcrum et mortuum
inferendi. unde nemo impediat in futurum ago contra ipsum
ad hoc propono actionem infactum subrogatam in locum interdicti
de sepulcro edificando. vel ipsum interdictum quod utrecte con-
cipiatur libellus dicit ff. de mor. infe. l. i. § pretor ait. cum §
sequentibus. *q°.* Sed videtur quod libellus non sit recte concept-
us. nam agitur quod non debeat prohibere eum in futurum. hoc sta-
re non potest. nam de hiis que futura sunt iudicium esse non
potest. ut ff. de iudic. l. non quemadmodum. et quia pertinet ad off-
icium iudicis tractus futuri temporis. ut ff. de usuris. l. i. Respondeo
quod non de futuro est iudicium sed de presenti. violentia enim per
quod non de futuro est iudicium sed de presenti violentia. unde de illo presenti agitur quod
sciat erat que inferebatur. unde de illo presenti agitur quod
removeatur et quod in futurum et prohibeatur ne necesse
habeat singulis annis litem contestari. ut ar. ff. ad l. aquil.
l. in lege aquilia et ar. c. de prescript. xxx an. l. male. et
ff. si servitus vind. l. egi. *Si aliquis posuerit aliquid
in via publica vel loco publico vel edificet vel immittit rem contra
interdictum ne quid in loco publico. Rubrica de interdicto ne quid in loco publico fiat.*

Frequenter contingit quod aliquis in via publica vel loco publico vel
itinere publico aliquid edificet vel immittat ideo interdictum pro-
ditum est ne quid fiat in loco publico vel via publica vel itinere publico.
et si factum est quod tollatur. et sic est illud interdictum ut supra
expressum partim prohibitorium partim restitutorium. ut ff. e.
t. l. ii. in prin. et § hoc interdictum. et § pretor ait vel sicut fu-
it visum dno lo. et videtur hoc ex lege plura duo sunt inter-
dicta. unum prohibitorium s. ne fiat. aliud restitutorium ut
si factum fuit ut tollatur. ego tamen cum melioris intellectus
in uno tradi notitiam ut utrumque et in libello cum excede-
re utrumque operatur. unde ad hoc ut ista interdicta dentur tot
sunt necessaria. primum quod via illa sit vel locus publicus. qualis
autem via vel locus dicatur publicus vel privatus. vel vicina-
lis. dicitur ff. e. t. l. pretor ait. § publici. et § viarum. et § vi-
cinales. secundum quod ponatur aliquid in loco illo. ut ex lit-
tera. l. illius colligitur. tertium quod non sit appositum de licentia prin-
cipis. quartum quod est positum cum licentia principis conditio
alterius fiat deterior. ut ff. e. t. l. pretor ait. § meri-
to. et § si quis a principe. quintum quod ille qui agit hoc in-
terdicto non habet edificatum in publico. alioquin non aget. ut ff.
e. l. pretor. § tamen ait. sextum quod illud quod positum est vel ita
nocet vel nocere inantea possit. ut ff. e. l. pretor
§ de inde ait pretor. septimum quod ad hoc ut tollatur
necesse est quod non sit edificatum alioquin si domus sit non tolle-
tur. ne ruinis urbs deformetur. non tolletur dico si
publicus usus impediatur. ut ff. e. l. pretor. § si quis nemi-
ne. set non tolletur preter dominum tolleretur tamen per officium iudi-
cis ut in predicto. § si quis nemine. et l. ult. addo quod nec in
ponte licet quis facere super viam. ut ff. e. l. pretor. § contrac-
tatum. et ff. de fluminibus. l. ult. quia celum i. aer. que
est super solum esse liberum debet. ut ff de servit. l. ult. § ii. Octa-
vum quod locus publicus fiat deterior. et tamen locum habet interdictum
directum. ceterum si incommodetur locus privatus alterius locum
habet utile. ut ff. e. l. pretor. § cuiquidam. et § merito. unde
Nonum sufficit quantum ad hoc ut locum habeat interdictum sive
ipse posuit. sive ab alio positum habet. ut ff. e. l. pretor. § hoc
interdicto. unde in hoc interdicto actor faciat tales positi-
ones. *Positiones actoris.*

Ego dico quod locus ille cuius fines sunt tales est publicus. Item dico quod tu
aliquid immisisti vel vis immittere. Item dico quod illud immisisti
vel vis immittere tua auctoritate sine licentia principis. Item dico quod li-
cet imperator te concessit ita edificare vel immittere in publico per
talem immissionem incommodatur usus meus. nam si per illud
quod sit in publico incommodatur usus alterius. de utili agere et pri-
vato et publico nomine. adde quod si privato nomine agit potest da-
re procuratorem. licet si agat publico non. ut ff. de procur. l. licet.
Item dico quod ego quia ago hoc interdicto non edificavi nec edifico pon-
to in loco publico. Item dico quod illud quod posuisti vel vis ponere non est
aliud quam domus. Item dico quod domus illa quam edifica-
sti in publico nocet multum loco publico. Item dico quod tu super locum publicum
ponere posuisti. Item dico quod opus factum in loco publico tu possides.
Item dico quod per tuum opus quod fecisti in loco publico lumen quod habe-
bam a publico tu mihi abstulisti. Sed opponet quod illa confessio non
sit recipienda quia licitum sit mihi auferre tibi lumen. ut ff. de
aqu. pl. l. proculus. Respondeo licitum est mihi auferre lumen quod habe-
bas a tuo loco privato. quia mihi servitutem non debebat. unde po-
tes alte edificare et lumen meum obscurare. ut c. de servitu.
alt. et ff. de servit. ur. pred. l. binas. Reus faciat
tales positiones. *Positiones rei.*

Ego dico quod via illa vel locus ille est vicinalis vel privatus.
si istud confitebitur actor succumbit quia sequitur quod non sit
publicus ille locus. Item dico quod illud quod posui vel ponere volo cum
privilegio principis est sine incommodo alicuius. Item dico quod tu
qui opponis istud interdictum habes edificatum in publico. Item dico
quod illud quod volo ponere vel imposui est sine incommodo loco publico.
Item dico quod illud quod edificavi est domus et sine incommodo a-
licuius loci publici. Item dico quod illud quod edificavi est domus et si-
ne incommodo alicuius loci publici. Item dico quod opus predictum desii
possidere sine culpa vel dolo. Item dico quod lumen tuum quod per edi-
ficium obscuravi habebas a loco meo privato. In hoc autem
interdicto concipitur talis libellus. *Libellus.*

Vobis domine .. potestas pi. conqueritur R. de o.. quod vult ponere vel
posuit in loco publico cuius fines sunt tales. tale quid quo publi-
cus locus deterioratur et deformatur. puta faciendo pon-
tem. unde ipsum prohiberi peto ne ponat. vel si posuit dicas
in libello. unde ut positum tollat ago contra ipsum. et ad hoc pro-
pono actionem infactum subrogatam in locum interdicti ne quid
fiat in loco publico. et si factum fuit quod tollatur. vel est interdictum.
Cave tamen quod si vis agere quod prohibeatur ne ponat. propone in
libello actionem infactum subrogatam in locum interdicti ne quid
in loco publico fiat. vel ipsum interdictum. quia tunc prohibitorium
est ne fiat. Si autem vis agere quod illud quod est positum tollatur.
dicas propono actionem infactum subrogatam in locum interdic-
ti. ut si aliquid fiat in loco publico quod restituatur. vel ipsum in-
terdictum. quod est restitutorium. quod ita recte concipiatur libellus
dicit l. ff. e. l. ii. § i. et § hoc interdictum. et § pretor ait. Si autem
per illud quod factum est in loco publico privata tua leditur utilitas
puta quia lumina obscurantur. concipies ita libellum. *Libellus.*

Vobis domine de pot. pi. conqueritur R. de o.. quod talem quidam ponere vult
ponere vel ponit in loco publico cuius fines sunt tales per quod
lumina mea obscurantur. unde quod ne faciat ago contra ipsum.
vel si fecerit dicas. ago quod removeat. ad hoc propono utile
interdictum. ne quid fiat in loco publico. et si factum fuit quod tol-
latur. vel actionem infactum subrogatam in locum illorum interdictorum.
q°. Sed videtur quod hoc ultimo casu non possit de iure agi. nam lu-
mina tua possum obscurare. ut c. de servit. alt. et ff. de
servit. ur. pre. l. binas. Respondeo lumen quod habeo a tuo loco privato per

sunt obscurare cum fuerint non debeam. ut l. p de serv. ait si abeo a loco publico lumen teceris. ut ff. de dap. infec. fluminum. § ult. et l. paulus. sic supra dixi. Sed quia non videtur quod aliquo modo habeat locum illud interdictum. nam licitum est cuilibet construere et ponere in loco publico. ut ff. de acquir. rer. do. l. statuas. Re vera est quod ponuntur statue. Sed non in loco publico vel si fuerit posite in loco publico. nam ipse dicetur locus publicus. unde quod positum non removetur. sicut supra dictum est. **Si aliquis in flumine publico vel ripa ipsius poat aliquid tenetur in dicto neque in flumine publico vel ripa eius ponat. Rubrica. de interdicto neque in flumine publico vel ripa eius ponatur.**

Contingit sepius quod aliquid immittitur vult ab aliquo in flumine publico vel ripa ipsius. et contingit quod est aliquid immittitur in flumine vel ripa ipsius. Ideo proditum sunt duo interdicta quorum unum est prohibitorium. neque quid fiat in flumine publico vel ripa ipsius. aliud restitutorium. Si quis factum fuit quod restituatur vel tollatur. et probantur hec. ff. e. l. i. in prin. et § de in aut prox. et ff. de fluminibus. l. i. in prin. et § de ui. unde adhoc ut ista interdicta competant tria sunt necessaria. Primum quod flumen illud sit publicum. ut ff. e. l. i. in prin. flumen autem publicum arino magnitudine sua secernitur. ut ff. de fluminibus. l. i. § flumen. Secundum quod aliquid debeat poni vel positum in flumine publico vel ripa ipsius. ut ex legibus predictis. Tertium quod sit talis illud quod ponitur propter quod flumen non sit navigabile. ut ff. de fluminibus ne l. i. in prin. et secundum hoc quartum est necessarium quod flumen illud sit tam magnum quod sit navigabile ut ex verbis illius pretoris apparet. ut in l. i. et est in rubrica. Quintum exigitur quod propter illud factum flumen illud fluat in alium quam fluxerit in priori estate. ut ff. ne quid in flumine publico. l. i. in prin. et in ipsa rubrica. Habet enim differentias inter illas rubricas. quia prima de fluminibus habet locum. ne aliquid fiat in fluminibus publicis et in ripa ipsorum quo peius possit navigari. ut dicit rubrica et dicta illius pretoris posita. ff. de fluminibus l. i. in prin. et habet locum quod si aliquid factum fuit quod tollatur. ut ff. de fluminibus. l. i. § de in aut prox. Secunda rubrica ne quid fiat in flumine publico. habet locum ne aliquid fiat in flumine publico vel ripa vel quo aliter aqua fluat quam priori estate. ut ff. ne quid in flumine publico. l. i. in prin. et locum habet ut si aliquid factum fuit quod tollatur ut ff. ne quid in flumine publico. l. i. § de in. Sextum sufficiat in minibus quod dicitur publicum. quod si quereret aliquis quod flumen esset publicum. Re vera omnia flumina publica sunt. ut inst. de re divi. et ff. de rerum divisione. l. i. Sed ita sensit perennia. ut ff. de flu. l. i. § flumine. Septimum exigitur propter ista interdicta. quod flumen sit perenne si autem non sit perenne Sed pro tempore interdictum illud non competit. ut ff. e. l. i. § hoc interdictum. perenne autem flumen dicitur quod semper currit et in hieme et in estate. ut ff. e. l. i. § perenne. Septimum est necessarium quod aliquid fiat in ipso flumine. non autem ut aliquid fiat in mari vel alveo vel in insula nata in medio flumine quia tunc non habet locum interdictum ut ff. e. l. i. § si insula. Octavum quod tale quid fiat propter quod flumen fiat deterius quo possit navigari et si fiat in ipsa aqua vel ripa. Sicut autem fiat in aliis fluminibus que navigari non possunt non habet locum interdictum directum Sed utile. ut ff. e. t. l. i. § in flumine. Sed si fiat in mari locum habet similiter directum interdictum sicut in aliis fluminibus que navigari non possunt locum habet utile. ut ff. e. l. i. § flumina. et § si. Si in flumine publico alveo sunt vel cuius interdictum ... sufficit. ut ff. e. l. i. § ult. qualiter autem dicatur impediri locus quominus navigetur. l. dicit ff. e. l. i. § pretor. unde in his interdictis actio facit talis positiones. **Positiones actoris.**

Ego dico quod flumen tale. cuius nomen tale est publicum. Item dico quod tu vel posuisti vel posuisti in illo flumine vel ripa ipsius tale quid. Item dico quod propter illud quod in posuisti flumen illud non est navigabile. vel aliter fluit quam fluxit in priori estate. Item dico quod propter illud flumen naves transeunt. Item dico quod illud flumen perenne est. i. continue currit in hieme et estate. Item dico quod illud quod tu posuisti posuisti in ipso flumine. Item dico quod locum illum factum in flumine tu possides. Reus vero faciat tales positiones. **Positiones rei.**

Ego dico quod flumen quod dicis flumen est rivus. Item dico quod illud posui posui extra flumen et eius ripam. Item dico quod flumen illud in quo ego posui est sine navigio. Item dico quod propter illud quod imposui usus navigii est ita bonus sicut et prius. et ita nunc possunt naves transire sicut et ante. Item dico quod flumen illud ita currit modo sicut et in priori estate. Item dico quod flumen habet modicam aquam. Item dico quod illud quod feci potestate nec prestito nec dolo deesse possidere. patet ergo per ea que dicta sunt quod tunc locum habent interdicta cum flumen est navigabile et usus navigii impeditur. vel cum aliter fluit aqua quam priori estate fluxerit. verum si aliquid fiat in flumine sicut sepe contingit. propter quod molendinum alterius restagnatur. utrum hoc liceat quod est sabatina et est de forma interdictum habet locum utile. In his autem interdictis concipitur talis libellus. **Libellus.**

Vobis domine. C. potestati. pl. conqueritur R. de C. quod tale quid posuit in flumine tali. propter quod flumen non est navigabile. vel propter illud per flumen navigari non potest. unde quod removeatur ago contra ipsum vel si illud non posuit. Sed vult ponere dicas ita in libello quod vult ponere ut peto ipsum prohiberi. ad hoc propono interdictum de fluminibus. ne quid in flumine publico fiat ripave eius quo peius navigetur. vel actionem in factum subrogatam in loco ipsius interdicti. quod ita recte concipiatur libellus. dicit l. ff. de fluminibus. l. i. in prin. et § sed et prox. Sicut autem vis agere ex alio interdicto. scilicet ne quid fiat in flumine publico. concipies ita libellum. **Libellus.**

Vobis domine. C. potestati. pl. conqueritur R. de C. qui in flumine publico tale quid posuit quod flumen illud aliter fluit quam fluxerit in priori estate unde ut removeat ago contra ipsum vel si vult ponere dicas ago contra ipsum ne ponat. ad hoc propono interdictum ne quid in flumine publico fiat quod aliter fluat aqua quam priori estate. vel actionem in factum subrogatam in loco ipsius interdicti quod ita recte concipiatur. libellus dicit l. ff. ne quid in flu. publico fiat. l. i. in prin. et § de ui. **Questio.** Sed illud queritur si aliquis edificat in flumine publico ita quod non sit deterius ad navigandum vel quod non fluat aliter quam priori estate. Sed propter illud edificium meum molendinum forte impeditur. quo iure poteris agere contra illum. hec questio est sabatina in qua omnibus dominis placuit. credo tamen quod possum agere contra illum quod tale quid fecit in flumine propter quod impedit cursum molendini mei. nam si aliquis impetrasset a principe ut in loco publico edificaret videtur concessum privilegium ut edificaret sine incommodo alterius. ut ff. ne quid in loco publico. l. ii. § si quis a principe et ita de iure communi debes uti iure tuo vel tamen concesso. quod non officias alieno. ut ff. de aq. plu. ar. l. i. § de eo. unde ita concipies libellum. **Libellus.**

vobis dne. pot. p. c. R. d. qui iniuste ta le opus uult facere uel immittere. uel fecit uel immisit in flu mine tali, per quod dampnum mihi infertur quia molen dinum meum non ita currit. nec ita fluit sicut consueuerat. unde ne ponat uel immittat uel superpositum dicat contremo ueat ago contra ipsum ad hoc propono utile interdictum ne quid fiat in flumine publico. uel ripa eius quo aliter fluat quam priori estate. et sistem fuit contrelibuatur. uel actionem in factum subrogatam in loco ipsius interdicti. et ita recte concipiatur libellus dicta l. ff. ne quid in flumine. pub. l. i. et § de in. quare dico utile ideo est quia directum interdictum ne quid in flumine publico locum habet utile. quia ultra differtur similia loco habet. In primis est libellus agitur contra de publico quis uult agere. quod est illa interdicta sunt publica dicta l. ff. de interdictis. l. i. § publica. Sed opponitur quod libellus iste sit male conceptus. non aliquo in possit agi. dicit illud interdictum est publicum ut dictum quoniam ager iste depriuato ilidampno. Re spondeo ut dicta l. ff. de operis. l. licet. § i. et sic in superiori interdicto notatum. Item opponitur quia uidetur quod aliquis licite possit facere uel immittere in flumine publico. et suppleatur impedimentum tuo molendino. nam possum aperire ue nas in puteo meo. et tue uene licentem putei nullo modo ager contra me. ut ff. de dap. infec. l. flumi. § ult. et l. proculus. Re. leges ille non obstant quia loquuntur quando aliquis immittit in suo loco quem priuatus. at si in publico fecerit ut ff. ne quid in loco pub. l. ii. § dampnum. Ita lex refert ubi immittam in meo. uel publico et tu non possum ad in meo et tu in licet. ut dictum est. Si aliquis conduxit predium uel domum a fisco. uel a re publica alicuius ciuitatis. et conductor impeditur re conducta frui. habet contra impedientem interdictum de loco publico fruendo. Re. d. interdicto de loco publico fruendo.

Quia sepe uectigalia publica locantur et conductores in illis uectigalibus inquietantur. ideo est propositum interdictum de lo co publico fruendo. quod interdicto prohibetur ne aliquis conducto res illos prohibeat quominus possit uti et frui. quod interdictum ad hoc ut locum habeat tot sunt necessaria. In primis quod res illa quod datur in locatione sit publica. uel rei publice cuiuscumque ciuita tis. ut arg. ff. si ager uect. uel emphy. pe. l. i. ii. et iii. et infra notabitur. Secundo quod pensio soluatur. aliogin lo catio nulla sine pretio. ut ff. loc. et con. l. iii. Tertium quod ille qui prohibetur utatur secundum leges locationis. aliogin si contra legem uel ultra legem locationis uel uti possit prohiberi. ut ff. e. t. l. i. In fine. Quartum secundum dominum meum quod ille qui condu xit conduxit ad modicum tempus ut in predicto titulo notatur. et assignat rationem. nam si conduxit ad non modicum tempus et a priuato habet interdictum. et uti possidetis et ne fiat ei qui in possessionem missus est. et rei uindicationem utilem. ut ff. si ager uec. l. i. ii. et iii. et ff. de superficie. l. i. in prin. et § quod ait. quod ut sit casuale in loco publico quod datur conductori interdictum uidetur debet conducere ad modicum tempus. Sed hoc quartum dominum omnino est de probabile quia sed non necessarium. nam esto quod quis condu cat. a re. publica rem aliquam ad non modicum tempus credo quod tamen locum habere illud interdictum de loco publico fruendo. sicut ad modi cum tempus conduxit. Ibi nullo iuuatur interdicto. nam conduc tor nullam habet possessionem. nam rei locate possessio et proprietas retinentur. ut ff. loc. et colonus. nec uiuo nec mortuo domino ullam habet. possessionem ut ff. de usuca. l. non solum. § quod uulgo. unde te habere locum per dominum interdictum et sic ex his conducta sunt uel quod habeat locum illud interdictum tamen iure publico ciuitatis

romane. quod sic probo secundum dominum meum. dictum est ad hoc ut diffe rat a conductione priuati conducat quis ad modicum tempus. quod non loquitur. iure publico est ubi ciuitatis sicut quoniam quo res publica priuatorum uice funguntur. ut ff. de uerbo. signi. l. eum qui uectigal. Re. uerum est quod directum interdictum de loco publico fruendo habet locum iure publico. ciuitatis romane ut dictum est. quia uerba et similia concordant. Iure autem publico alterius ciuitatis locum habet utile. quia concordat similia licet uerba deficiant. unde actor tales faciat positiones. Po. actoris. Ego dico quod locus ille est rei publice ciuitatis romane uel ta lis ciuitatis. Item dico quod locum illum conduxi pro x singulis annis. Item dico quod talis publicanus locauit mihi predicto pretio. Item dico quod ego conduxi a re publica ciuitatis romane usque ad biennium. uel triennium. hac positiones faciat secundum dominum meum ut supra dixi. Item dico quod usque ad x annos ego conduxi illum locum. Item ego dico quod tu prohibes me uti et frui loco illo publico. Positiones rei.

Et contra reus faciat tales positiones. Ego dico quod locus ille de quo dicis quod est tuus. si illud constiterit actor absoluetur re us quia sequitur quod non sit locus publicus. Item dico quod locus ille fuit locatus tibi in solidum. si illud constiterit actori absol uetur reus. quia duobus in solidum locari non potuit. nisi essent duo rei stipulandi secundum quosdam contra secundum possunt fie ri ut ff. de duobus reis. l. eandem. Item ego dico quod tu propter illo predio debes soluere omni anno frumentum. si illud constiteri tur actori absoluetur reus quia locatio non est sine pretio. ut ff. loc. et con. l. ii. et ff. de positi. l. i. § si suum pos sessionem tamen locum habere utile interdictum. Item dico quod tu tamen intulit est uiolentiam. si illud constiterit actori absolue tur reus. quia si tu tamen intulit uiolentiam iste quod conuenitur. In hoc autem interdicto concipies talem libellum. libellus. Vob dne. pot. p. c. R. d. qui non permit tit me uti et frui loco publico. cum fines sunt tales. quem locum a tali publicano conduxi. ciuitatis romane. uel al terius ciuitatis. pro pretio x li. pisa. singulis annis sol uendis. unde ne me prohibeat ago contra ipsum ad hoc propo no interdictum de loco publico fruendo uel actionem in factum sub rogatam in loco illius interdicti. quod tamen recte concipiatur libellus dicta l. ff. de loco publico fru. l. i. Questio. Sed opponitur quibusdam interdictum non competit. nam aut hic qui conduxit ad non modicum tempus. aut ad modicum. si ad non modicum tempus ille qui conduxit habet ius in re et est utilis dominus. ut ff. si ager uec. l. i. ii. et iii. et ff. de superficiebus. l. i. si quod habet utile rei uindicationem et est utilis dominus. ergo non potest di ci quod rem illam utatur et fruatur cum res sua nemini seruiat. ut ff. de seruit. ur. pre. l. in re com. et ff. si usus. pe. uel ad. ali. per. ne. l. uti frui. Item si conduxit ad modi cum tempus. nullum ius quia est simplex colonus. nec quo ad proprietatem. nec quo ad possessionem sicut supra dictum est. Re. in utroque casu loquitur. et potest concipi libellus. nam si conduxit ad non modicum tempus licet utilis dicatur dominus non potest rei illius habere usum. nam cum alius directo sit dominus ego possum dici fructuarius habito respectu ad illum et u ti dicor rebus alienis. nec obstat quod dicitur res sua ne mini seruit. Re. uerum est res mea mihi non seruit iure directo mea. sed similiter sit mea bene possum habere u sum. et similiter sic uidemus in ali. re directo sua non potest sed conducere potest quia a sure. ut ff. usuf. quemadmodum ca. l. ult. uendere aut utiliter mea condicio. ut ff. de dote. ca.

ate publica

pot

libellus

mor. l. quinmortis, et c. de edili. quesub th. l. i. Item et alibi sile hos. rem directo meam non possum habere pignori ut ff de reg. iur. l. neque pignus. ff de ex. rei iudi. l. existante. Glatinus. largus. utilius. rem autem utilis rem meam utilis retineo pignori. ut ff ad uelleia. debitore et ff. de acc. ep. l. uil. Gofferti. Item respondet commodiorem actionem habet uias quo adpropriat et sic est spale. ut supra notaui. Secundum dominum meum et nota interdicto quod dicitur mutabile quod propter uiolentiam illatam socio et socius agit. ut ff. de loco pu. l. i. et alibi sile ff. pro socio. ul. ad hoc alias contra ut ff. pro socio. l. iii. in prin.

Si aliquis uult reficere uiam publicam et ab aliquo impeditur habet contra impedientem interdictum de loco publico reficiendo. Rubrica de interdicto de loco pu. re.

Contingit aliquando quod aliquis uult reficere uiam publicam et ab alio impeditur. ideo proditum est interdictum de uia publica et itinere publico reficiendo. quod interdictum ad hoc ut competat tota sunt necessaria. Inprimis quod uia illa uel iter sit publicum. Secundum quod aliquis uult reficere. Tertium quod reficiendo non mutetur status pristinus uie publice. Quartum quod aliud te impediat uolentem reficere uel purgare uiam. h. iiii. probantur. ff. de uia pu. et itinere pu. reficiendo. l. i. unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. positiones actoris.

Ego dico quod uia illa uel locus est publicus. Item dico quod locus ille uel uia indiget refectione. Item dico quod ego uiam illam uolebam reficere uel purgare. Item dico quod tu me prohibuisti et prohibes. Item dico quod reficiendo antiquum statum retinebam. Econtra reus faciat tales positiones. positiones rei.

Ego dico quod locus ille est tuus. si illud confitebitur actor absoluetur reus. quia sequitur quod non sit publicus. Item dico quod tu reficiendo uolebas et uis facere uiam illam publicam latiorem. longiorem. altiorem uel humiliorem quam fuit ante. si illud confitebitur actor absoluetur reus. quia de iure potest prohibere. ut ff. e. t. l. i. § ii. Item dico quod tu tantum intulit tibi uiolentiam. si illud confitebitur actor absoluetur reus. quia si ille tantum est qui tibi intulit uiolentiam et nullus alius. In hoc autem interdicto concipietur actio talem libellum. libellus.

Vobis domine ce. potestati pi. conqueror R. de G. quod me uolentem reficere uel purgare rem publicam uel uiam publicam prohibet. unde ut cesset a tali iniuria et uiolentia ago contra ipsum. ad hoc propono actionem in factum subrogatam in locum interdicti de uia publica et itinere pu. reficiendo. uel ipsum interdictum. quod ita recte concipiatur libellus. dic. l. ff. e. t. l. i. Si autem propter refectionem illam intenditur specialis et priuata utilitas actoris. potest libellus predictus concipere et adicere in libello et quia iter est meum speciale propter domum meam non est prohibendum me. ideo illud mihi iter esse peto. et ad hoc propono predictum interdictum uel predictam actionem in factum. quod enim illud potest actor petere in libello. dic. l. ff. e. l. i. § ult.

Si aliquis uult ire per uiam publicam uel uult aliquid ducere uel agere et impeditur ab aliquo habet contra eum interdictum ut liceat ire agere per uiam publicam. Rubrica de interdicto ut liceat ire. agere. per uiam publicam.

Quia sepe quis uadit per uiam publicam uel uult quod ducere uel agere et ab alio impeditur. ideo proditum est interdictum ne liceat ire. agere. uia publica et nulla uiolentia inferatur uolenti ire agere. unde ut hoc interdictum competat tot sunt necessaria. Inprimis quod uia illa sit publica. qua liter autem uia dicatur publica. dic. l. ff. ne quid in publico loco l. ii. § uiarum. Secundum quod prohibeatur ille qui uolebat ille agere uiam publicam. ut ff ne quid in loco publico. l. ii. § ult. et nusquam alibi reperitur. de hoc interdicto. iii. nil. illa per uiam contra eum priuatam si aliquis uult ire prohiberi potest. negatoria. ut ff si usus. uen. l. ii. unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. positiones actoris.

Ego dico quia talis est publica. Item dico quod illa per uiam illam. Item dico quod tu me prohibuisti et prohibes euntem et uolentem agere uel ducere per uiam illam. positiones rei.

Econtra reus faciat tales positiones. Ego dico quod uia illa priuata est. si illud confitebitur actor absoluetur reus. quia impune potest eum prohibere. Item dico quod locus ille est meus. unde tu dicis esse uiam quod est uia publica. si illud confitebitur actor absoluetur reus. quia potest te prohibere impune ne uadas per fundum meum. Item dico quod tu tantum intulit et uiolentiam. si illud confitebitur actor absoluetur reus. In hoc autem interdicto concipietur ita libellus. libellus.

Vobis domine ce. potestati pi. conqueror R. de G. quod me uolentem ire uel agere uel ducere tale quid per uiam publicam prohibuit et prohibet. unde ne me prohibeat ago contra ipsum. et ad hoc propono interdictum. ut liceat ire. agere uel ducere per uiam publicam. uel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. quod ita recte concipiatur libellus. dic. l. ff. ne quid fiat in loco publico. l. ii. § ult. Questio Sed quero de his qui recolligunt huiusmodi pedagia ab his qui uadunt per uiam publicam an possit dici prohiberi per hoc interdictum quod pedagia non colligant. Respondeo dico quod sic. impediunt enim euntes. agentes per uiam publicam. unde faciunt contra iura. nisi habeant priuilegium a principe. ut c. noua. uec. instit. non posse. l. i. et ii. et iii. C. de uectigalibus. l. omnium. unde nec ciuitates possunt consuetudine prohibere pedagia imponere. ut c. noua. uec. insti. non possunt uectigalia et sic nec ciuitates. nec aliqui nobiles possunt interdicere agentes nisi habeant priuilegium principis. de eius conscientia. propter pedagia et nisi quorum patria est tenuis et tunc de facili priuilegium conceditur. ut noua uectigalia possit ciuitate exigi. sed per priuilegium ut c. nec no. insti. no. po. l. i. licet hodie de facto contra faciant ciuitates et nobiles et potentes homines.

Si aliquis uult reficere ripam publicam fluminis et ab aliquo prohibetur habet contra eum interdictum ut liceat ripam publicam fluminis reficere uel munire. Rubrica de interdicto ut liceat ripam publicam fluminis reficere uel mutare. uel munire.

Proposito interdicto nequid in flumine publico uel ripa eius fiat sic superius notaui. Sed quia aliquando aliquis uult reficere ripam publicam fluminis et ab alio prohibetur reficere. ideo proditum fuit interdictum ut liceat ripam publicam fluminis reficere uel munire. unde ad hoc ut illud interdictum competat tot sunt necessaria. Inprimis quod flumen sit publicum. quod autem dicatur publicum. notaui. s. ne quid in flumine publico et ripa eius fiat et de fluminibus. Secundum est necessarium quod ripa sit in ea refectionis tempore. Tertium quod per illam refectionem usus nauigii uel ipsa nauigatio non impediatur. Quartum quod ille qui reficit satisdet uel caueat uicinis hominibus de dampno propter transflumen. sin qualitate. sed usque ad x. an. nomine dampni infecti. Quintum quod opus non sit factum ante quia petatur satis de damno. postea autem si dampnum detur agitur aquilia. Sextum quod ille qui uult reficere uel munire quod impediatur. hec omnia probantur ff de ripa munienda. l. unica. unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. positiones actoris.

Ego dico quod flumen tale est publicum. Item dico quod ripa predicti fluminis in loco tali indiget refectione. Item dico quod illa refectio fit sine impedimento nauigii. Item dico quod ego uolo ca

cauere uel satis dare in eius refectionibus, secunda uerba fluminis usque ad x. an. secundum quod mandat pretor. Item dico quod tu me prohibes uolentem dictam ripam reficere uel munire. **Positiones rei.**

Conuentus faciat tales positiones. Ego dico quod flumen illud est priuatum. Item dico quod ripa dicti fluminis est in consueto statu et sub sistere potest sine aliqua refectione. Item dico quod per illam refectionem impeditur usus nauigii. Item dico quod illud flumen est nauigabile. Item dico quod super petitis cautionibus uel satis dationibus ante ut satis dares in nomine dampni infecti quod uicinis tibi cauere seu satis dares si illud constabit actore absoluetur reus quia per illum te prohibere uolentem reficere. Item dico quod tantum prohibuit si illud constabit actore absoluetur reus. In hoc autem interdicto concipietur ita libellus. **libellus.**

Vobis domine et potestas pi. g. e. R. dico quod me uolentem reficere uel munire ripam talis fluminis sine aliquo impedimento na uigii. cum eciam paratus sim satis dare uel cauere nomine dampni in fecti usque ad x. an. secundum mandatum pretoris prohibuit et prohibet. unde ne me prohibeat ago contra ipsum ad hoc propono interdictum ut liceat ripam fluminis reficere uel munire et ac tionem utilem subrogatam in locum ipsius interdicti quod ita recte concipia tur libellus dicitur l. ff. de ripa muniendi. l. unica. **Questio**. Sed opponitur. nam non uidetur quod predictum interdictum competat nam ripe flu minis sunt illorum quippe flumini predia possident ut ff. de rerum diuisione. l. riparum. ergo sunt illorum aut illi uolunt reficere. aut alii si illi uolunt reficere. bene possunt et hoc planum est. Si autem alii uolunt reficere ripas illi possunt de iure prohiberi si habent aliquid interdictum cum si aliquis uult aliquid facere in meo pos sum in ea autem prohibere. ut ff. ad l. aquil. que admodum. Sed contrarium. Breuiter et si alii uolunt reficere et prohibentur. habent in terdictum. nam licet riparum proprietas sit illorum quippe habent predi a. riparum tamen usus publicus est. quod quilibet potest ibi recta licentia naues appellere. unde pro hoc quilibet potest ripas reficere. ut in l. predicta riparum. Et nota quod illud quod dictum est de ripa flu minis. idem intelligas de ripa stagni et lacus ex uerbis pla tionis uiris consulta. unde quia istud interdictum habet locum licet de ri ba deficiat. ut ff. de ripa muniendi. l. unica. **interdictum** Item. eodem modo uale predictum interdictum locum habet. nam de cetera similia eodem locum habet et de ripa deficientibus locum habet ualde communiter. ut ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l. plr. Si aliquis in flumine publico uel lacu publico uel stagno **uel fossa publica** nauigare uel piscari prohibeatur habet interdictum ut in publico flumine liceat ita nauigare. Rubrica de interdicto ut liceat nauigare in flumine publico.

Quia sepe contingit quod aliquis in flumine publico. uult na uigare uel piscari. et in stagno publico uel fossa publica. **uel in loco publico** aliter uult na uigare. uel piscari et ab alio prohibetur. ideo pretor dictum sibi inter dictum ut in flumine publico et stagno et lacu et fossa. liceat nauigare. unde ad hoc ut illud interdictum competat tot sunt necessaria. Inprimis quod flumen **stagnum** stagnum lacus uel fossa sint publica si enim sint priuata possunt impune prohiberi. ut ff. e. l. ut in flu. pu. lice. na. l. i. In principio et si priuata. Secundum quod uult nauigare. uel piscari. Tercium quod ab aliquo prohibeatur. ut in l. predicta collige. Quartum quod ille qui prohibet non **tunc** habeat ius pi scationis in flumine publico per priuilegium principis enim impune prohibet. uel si sit iure piscari in flumine publico per longissimum tempus. ut ff. de di. et temporali prescriptione. l. sed si quis. quamuis in flumine publico non obstat. l. de usuc. l. ult. i. Breuiter dico quod piscari in flumi ne publico non acquiritur tempore longo. ut in lege de usuc. sed longis simo sic. ut in lege de diu. et temp. p. uel alias. l. illa de usuc. **pro uero est quod non usucapitur tempore longo. ius piscandi.** est loquitur quando quis non habet priuilegium. sicut habet. puta si tu querit longo tempore. ut in predicta. l. de diu. et tempo. p. uel alias i. l. illa de usuc. lederetur publica utilitas. et ideo non currit prescriptio

cam futuri nuntiare potest nouum opus. ut ff. fam. herc. l. in hoc iudicio nec obstat. l. ff. de oper. no. nun. de. quum quia legem illam ita intelligo ut iecet ius omnibus; alius notabilis ibi notatis. Dicas enim quod ille qui habet futurum ius et nuntiat opus nouum edificanti. aut ille qui edificat confitetur illum habere futurum, et tunc nuntiare potest. ut in l. illa in hoc iudicio. aut negat me futurum habere et tunc debeo probare me futurum habere. sic in iudicio familie herc. et com. di. ut ff. fam. herc. l. i. et ff. de except. l. fundi. et in hoc casu intelligo. l. ff. de op. no. nun. l. qui suam. Sextum quod quando fit nuntiatio fiat iure plenum. i. in eo loco ubi opus fit. siue quis edificet siue inchoet edificare. Dicitur autem inchoare edificium quando locum purgat. ut ff. de pollicitat. l. i. § cepisse et ff. e. l. de pupillo. § nuntiationem et § si quis forte et l. opus noui nuntiatio. et l. cuilibet. Septimum quod si res sit plurium sufficit nuntiatio facta uni et omnibus uidetur facta. similiter uni nuntiet non uidetur nuntiatio facta ab omnibus. ut ff. e. l. de pupillo. § simplicius. Questio. Sed que est ratio quod si unus nuntiat non nuntiat alius. si uni nuntiatur nuntiatur omnibus. ut in predicto. § Hec ratio est in promptu. ideo uidetur omnibus nuntiatum quando uni nuntiatur quia cum nuntiatio fiat in re presenti ut dictum est ipsam afficit. adeo quod tenetur emptor post nuntiationem factam uenditori. ut ff. e. l. plus. ideo uidetur omnibus nuntiatum. at quando unus nuntiat et illa nuntiatio quantum ad nuntiantem personalis est. unde sociis non potest acquiri. ut est per quas personas no. acq. l. excepta. Questio. Quomodo ergo erit tunc quando unus solus egit. Hec agat ille et prosequatur causam et sic uictoria sua proderit aliis postea. ut ar. ff. si seruitus uin. l. loci corpus. Sed quid si quando nuntiatio fit operi et iure plena nullus erat in opere. nunquid nuntiatio tenet uel si tenet quid ualebit. Hec dominus Jo. et dicit nuntiationem ualere per ar. l. ff. de dap. infec. l. dies. § totiens. et c. de annali. ex. l. ut perfecti et ff. quod ui aut clam. l. aut qualiter. § ii. uers. ualet autem illa denuntiatio quod postquam dominus uenerit et scuerit nuntiationem factam quod debet abstinere ab edificando. uel si edificauit tenetur destruere. Indignum enim uideretur si dominus teneretur destruere quod edificauit ignorans factam esse nuntiationem. nec obstat quod opponis. ff. e. opus. quia quod ibi dicitur et in l. sequenti quod tenet nuntiatio facta alicui et ignoranti nam ibi ponit de furioso qui magis quam aliquis dicitur ignorans. ut ff. de ritu nup. l. in eo. § in mim. Hec tenet de mero iure. s. quod uideatur nuntiatio facta et ab eo tempore habet uires ex quo domino scientia interuenit. ut dictum est. uel dic teneri in persona tutoris et curatoris furiosi soluendo. ut ar. c. de iudic. pp. and. § ult. Questio. Sed illud quod nuntio nouum opus fabris et opificibus. illi non abstinent et minus edificet. postea dominus reuertitur et scit nuntiationem factam esse. queritur an opus quod factum est eo ignorante post nuntiationem teneatur an debeat destruere. Dico et dico quod non. ut ff. e. l. de pupillo. § si quis forte. Illud autem opus quod fecit dominus postquam sciuit nuntiationem factam illud tenetur destruere. Questio. Ad quid ergo prodest hodie facere nuntiationem fabris seu opificibus si dominus sit absens. Hec certa duo propter illud quod dixi quia si dominus postquam sciuit et edificat tenetur destruere. Secundo quia hodie opifices quando eis nuntiatur incontinenti abstinent. quia credunt commodum esse domini. Octauum quod ille qui nuntiat iuret ad calumniandi non nuntiare. sed ita si hoc sacramentum exigatur. ut ff. e. l. de pupillo. § quoque nouum sic et al. ut ff. de uir. uir. l. ius iurandum et ad pecunias. § qui ius iurare. Nonum quod fiat nuntiatio in parte edificii. quod fiat demonstratio partis illius. secus si fiat nuntiatio in toto. ut ff. e. l. de pupillo. § totiens et alibi ff. quod ui aut clam. l. aut qualiter. § aliquis sic. Decimum quod ille qui nuntiat non remiserit nuntiationem. alioquin non habet locum hoc interdictum. ut ff. e. l. a. in p. et ff. de remissionibus. l. i. sed in p. l. ff. e. in p. dicitur quod si remittatur ... tenet remissio quamuis hi qui prohibuit uis nuntiandi non habuit. alia uia ... habuit et quando ... ff. de remissionibus. l. i. qualiter autem ista uia intelligantur dicemus in sequentibus ... uel in hoc ... actor faciat tales positiones. positiones actoris.

Ego dico quod tu denouo uis innitere in edes meas. sic illa positio pertinet ad causam naturalem. Item ego dico quod tu denouo edificas contra leges. uel senatus consulta. uel quod uis destruere domum. ista positio pertinet ad causam publicam. Item dico quod tu denouo edificas contra futurum ius quem habetur per locum talem. haec positio fit propter causam impositiuam. Questio. Sed quod nouum quod iste causam multum faciat. nam et si nulla predictarum causarum probatur tamen ex quo nuntiatur nouum opus et si iniuste nuntiatum et iniuste edificabat. si post nuntiationem edificat destruere cogetur. ut ff. e. l. prima in prin. quid ergo prodest. in uera habeat causam naturalem uel publicam uel impositiuam. Hec prodest in habere causam non in eadem predicto. sed maluit ponere quod facta sibi ante nuntiationem ille abstinuit ab edificando. uel satis dedit. ut si appareat iniuste edificatum quod destrueret. nunc in eisdem ibi impessu causam prodest nuntianti habere causam aliquam quare nuntiet. alioquin adiudicari obtinebit. Item ego dico quod tu uis facere tale opus. Item dico quod tu uis facere opus in meo solo. Item dico quod illud opus uis denouo facere. Item dico quod tres totus terre iuxta illa. si hoc confitebitur reus iam non poterit sibi obicere aliquid. de l. ff. e. l. in prin. nuntiali. Item dico quod quando nuntiaui nouum opus ego nuntiaui iure ipso ubi illud opus fiebat. Item dico quod licet sit res illa communis tibi et aliis ego tibi nuntiaui nouum opus iure plenum. Item dico quod ego iuraui ad calumnie nouum opus non nuntiare. uel in sui parte in toto. Item dico quod ego nuntiaui nouum opus in tali parte edificii. uel in toto edificio. Item dico quod quando nouum opus nuntiaui opificibus seu magistris tu sciuisti nuntiationem illam factam. positiones rei.

Consequens faciat tales positiones. Ego dico quod tale solum in quo ego edifico est plenum iure tuo. si hoc confitebitur actor absoluetur reus. quia nulla causa pertinet ad actorem nec naturalis nec publica nec impositiua. Item dico quod opus quod ego feci iam est annus quod feci. Item dico quod tu nuntiasti iam sunt duo menses tamen. si hoc confitebitur actor iam absoluetur reus. cum opus non sit futurum sed factum. Item dico quod solum illud in quo edifico est meum et ... si hoc confitebitur actor absoluetur reus per l. illam. ff. e. e. l. in prin. nuntiali. Item dico quod ego tali edificio sustentamentum adhibeo quia illud edificium

iam erat factum. si hoc ostendetur actor absoluetur reus. Item dico quod opus quod factum est riuus uel cloaca. si hoc est uerum iam non habet locum nuntiatio. ut ff. de riuis. l. i. ff. e. l. de pupillo. §. si quis. Item dico quod dispensum ante quinquennium quod aid ea
lus prius non nuntiasses tunc tenetur recusatio. Item dico quod quando tu nuntiasti nouum opus ego eram absens. Item dico quod postquam
reddisset opus illud completum fuit. si hoc ostendetur actor absoluetur reus quia nesciuit quando illa nuntiatio facta
fuit. Item dico quod licet tu nuntiaueris tamen illam renuntiatio
nem remisisti. Item dico quod tu nuntiasti in tali et in loco ta
li tamen. Item dico quod in alio loco tali fiebat opus. si hoc ostende
bitur actor absoluetur reus quia non fuit facta in re
presenti. In hoc autem interdicto concipiatur talis libellus.
vobis domine. h. po. pi. conqueror R. de co. **libellus.**
quod quia nuntiaui nouum opus in edificio tali per lapilli
iactum ipse edificauit. unde peto illud quod post nuntiationem e
dificauit quod destruatur et suis expensis. adhuc propono hoc
interdictum de opere nouo uel actionem in factum subrogatam in lo
cum ipsius interdicti. quod ita sit concipiendus libellus. dicit l. ff. e. l. i.
et l. pretor ait. in prin. et hoc quando possidet ille qui post nuntiationem
edificauit. si autem alius edificauit et alius possidet tenetur
ille qui possidet prestare patientiam tamen. ut ff. e. l. pe.
et ult. et ita est dictum. §. in interdicto quod ui aut clam. **Questio.**
Sed illud quero si aliquis iuste edificat tenetur opus destru
ere si ipse edificauit post nuntiationem. ut dicit lex illa
ff. e. l. pretor ait. cum uideam alibi quod si aliquis prohibetur si le
gitime non tenebatur et non uenit quod non incidit in in
terdictum. ut ff. ne quis eum qui in ius uo. ca. est. l. ii.
et ar. ff. de iudic. l. si quis frustrande. Responsio. ideo compelli
tur destruere quia uidetur contempta auctoritas pretoris qui
precepit post nuntiationem abstinendum ab opere. et si tu oppo
nas non in legibus allegatis uidetur contempta pretoris
auctoritas et tamen non puniuntur. Respondeo quod hoc dicimus locum habere in dubi
o. at si certum esset quod aliquis per calumpniam nuntiasset tunc
non credo quod ille qui post nuntiationem edificauit quod debe
at destruere. ut ar. ff. ne quis eum qui in ius uo. ca.
iii. ca. l. i. Questio. Item quero quare apponitur in libello per lapilli
iactum. Respondeo adhoc ut denotetur talem nuntiationem factam
per quam potest non amitti. sic. §. in hoc interdicto dicitur
pu. Questio. Item quero nam iura uidentur inter se uariare. nam
iura uidentur inter se contraria. nam l. dicit. c. de edificiis priua
tis. l. de operis. quod nuntiatio noui operis debet finiri in
fra tres menses. lex autem ff. e. pretor. §. hoc interdictum datur
perpetuo heredi et ceteris successoribus et heredes in id quod ad
eos peruenit. si ergo debet finiri illud interdictum tribus mensibus
quomodo durabit perpetuo. Respondeo. secundum b. et al. qui dicunt
quod est in arbitrio nuntiantis si offertur satis datio ab e
o cui nuntiatio facta est et qui nuntiauit recepit illam sa
tis dationem ille cui nuntiatum est poterit edificare et tunc
quandocumque poterit nuntiator probare quod iniuste edificauit
poterit agere et in hoc casu interdictum perpetuo competit et contra il
lum cui nuntiauit et contra heredem eius. si autem non uult recipere
satis dationem sed uult in continenti procedere tunc cum illa
debet finiri infra tres menses. ut dicit l. c. de edificiis
priuatis. de operis. uel aliter secundum R. et secundum o. ille cui nunti
atio facta est satis dat uel satis dare est paratus incontinenti
nenti finitur nuntiatio. uerum est si statim sit infinibus
nuntiationis. sed si uult nuntiator in causam procedere tunc debet
cum illa finiri infra tres menses. utraque solutio ad idem ten
dit. **Questio.** Sed adhuc opponitur l. dicit ff. e. l. pretor.
§. hoc interdictum. quod datur hoc interdictum heredi et contra heredem in id
quod ad eos peruenit et alibi. in ff. e. t. l. non solum. §. morte. dicit

quod hoc interdictum finitur morte eius qui nuntiauit. quo
modo ergo datur heredi. Respondeo intelligo. §. illum morte quando ille qui
nuntiauit decessit nondum aliquo opere facto ab eo cui
nuntiauerat. unde morte nuntiantis finitur nuntiatio. et sic
heres habet necesse iterum nuntiare. si autem post nuntiationem cui nun
tiatio facta est aliquid edificauit tunc illud interdictum datur
nuntianti datur et contra et heredi eius. §. quare autem finiatur nuntiatio
morte nuntiantis ratio suadet. quia finitur sicut et finitur
mandatum morte mandantis. ut in inst. man. et ff. de
iuris dic. o. iu. l. et quia. **Questio.** Item adhuc opponitur l. ff.
e. l. de pupillo. §. si is cui. dicit quod debet satis dare illi qui nun
tiauit. quod ex eo colligitur quia dicit ibi in fine. §. ille qui re
mittit necessitatem adeundi pretorem et lex dicit alibi quod est sa
tis dandum urbicarie prefecture uel prouinciali. ut c. de
edificiis priuatis. l. de operis. que uidentur inter se contraria. Respondeo
si ille qui nuntiat est presens ei debet satis dari. si autem sit
absens debet satis dare prouinciali seu urbicarie prefec
ture. sic al. in satis datione interponenda certa uidetur.
ut c. de litis con. aut. libellum et sicut al. ff. rem pupilli sal
uam fore. l. iii. Si hedificanti nuptiatum est nouum
opus. et tu satisdedisti de opere destruendo si apparuit
te iniuste hedificasse. et pretera impedis hedificare heres
contra impedientem interdictum ut liceat hedificare cum nupti
atum est si satisdedit. Rubrica. Ut liceat hedifi
care cum nuptiatum est si satisdedit.
Verum quia occasione nuntiationis facte impeditur
opus nesciat et si factum fuit quod destruatur ut supra dictum est
et sic per supra interdictum succurritur nuntianti. unde inuen
tum est aliud interdictum per quod consulitur ei cui nuntiatio
facta est. ut non obstante denuntiatione possit edificare
s. ex quo satis dederit. uel paratus sit satis dare. uel nuntio denun
tianti si presens est uel urbicarie prefecture uel prouincia
li si nuntians fuit absens. s. ut si apparuerit eum in
iuste edificasse quod debeat destruere. et est illud inter
dictum prohibitorium. s. ne uis fiat ei qui satis dedit de opere
destruendo si uult edificare. ut ff. e. l. pretor ait. §.
de unde ait pretor. et §. hoc interdictum. unde adhoc ut illud
interdictum competat tot sunt necessaria. primo quod nuntiatio
noui operis facta sit. secundum quod ille cui nuntiatum est sa
tis dedit uel uoluerit satis dare uel sit paratus satis
dare illi nuntianti. s. quod si apparuerit eum iniuste
edificasse quod destruet. ut ff. e. l. pretor. §. deinde et
§. hoc interdictum. sed illud nota quod quando aliquis edifi
cat aut in publico et tunc si nuntiatur sibi tenetur
cauere tamen. i. repromittere sine fide iussore. ut ff.
e. l. non solum. §. sicut presem aut edifi cat in loco pri
uato et tunc tenetur satis dare et si repromittat non ua
let aliquid illa repromissio quo minus habeat locum inter
dictum de opere nouo. ut ff. e. l. pretor. §. deinde. et §. hoc autem
interdictum et §. per in. **Questio.** Quare autem sit ratio quare in publico
si aliquis edificat teneatur cauere. si in priuato tene
tur satis dare. lex assignat rationem talem. quando ego nuntio
nouum opus alicui edificanti in publico nuntio iure alie
no et in re aliena et non meo iure nec in re mea.
unde repromissione contentus esse debeo. at quando tu edificas
in loco meo priuato et ego nuntio nouum opus iure meo
nuntio et in re mea unde mihi debes satis dare non est
mirum. ut hec ratio assignatur ff. e. t. l. non solum. §. si
cum in re. Tertium quod illa satis datio uel cautio durat.
aliquin non ualet cautio nec satis datio illa prestita. ut
ff. e. t. l. pretor ait. §. per in. sic et alibi in act. de iure deli.
l. si pro patre. §. illum. et ar. ff. quod cuiusque uniuersitatis no. l. item eorum.

// quod ita de iure communi competit. si ducunt usum. ut ff. de iure deli.

nuntiatio

vel destruatur

codex

ille

ubi dicit

i. Re. Quod ualeat autem cautio uel satisdatio interposita non duret, queritur. Re. quia forte fideiussores dati mortui sunt. uel forte fideiussores dati habebant priuilegium reuocandi forum. uel forte mulier erat. ut et al. ff. qui satis. co. l. quod. et ff. ad uell. l. non putat. ¶ si conuenit. ¶ Tertium quod ille cui est satis datum quod prohibuerit illum et impediat edificare. ut ff. e. l. prętor. ¶ deinde. ¶ Quartum quod annus non exierit ut ff. e. l. prętor. ¶ hec interdictum. Q° Sed opponitur nonne interdictum de operis noui nuntiatione perpetuum est. et certe sic. ut in superiori interdicto notatur. quomodo ergo illud interdictum est annale. Re. ideo est in principio istud interdictum est annale ideo quia ibi uiolentia committitur. unde et hoc interdictum sicut et alia est annale ideo quia uiolentia committitur. unde et hoc interdictum sicut et alia est annale. ideo quod non peruenit ad uiolentiam. s. quia edificauit post nuntiationem. unde ideo est perpetuum sicut et alia sunt perpetua. ideo quod ad uiolentos peruenit. ¶ Illud autem in hoc interdicto et in superiori quod facta nuntiatione noui operis opus incontinenti inhibetur. i. quod non edificetur. uel si edificatur inhibetur opus. i. destruetur. siue iure siue iniuria illud opus fiat. et inde prohibitio remittitur eatenus quatenus haberet ius nuntiandi qui prohibuit. alia littera dicit non haberet ius nuntiandi qui prohibuit. alia littera dicit non haberet ius nuntiandi. et est sic hec leguntur. ff. e. l. i. in princ. que uerba sic intelleguntur secundum litteram sine non. s. si remittitur prohibitio remittitur uel per pactum uel per conuentionem quia ille qui nuntiat dicit ego remitto tibi nuntiationem. uel remittitur prohibitio satisdatione prestita ab eo cui nuntiatio facta est edificare. unde si ita prohibitio remittitur eatenus tenet ista remissio quatenus ille qui nuntiauit habuit ius nuntiandi. ut ff. de remissionibus. l. unica. ¶ si autem habet litteram cum non eatenus tenet remissio quatenus prohibendi ius ille qui nuntiauit non haberet. ¶ Queritur quomodo littera illa stare possit. Contra quo modo remittitur prohibitio si quis nuntiauit sed ius prohibendi non haberet. cum dicatur. ff. de remissionibus. l. unica. remissionem ita demum tenere ubi tenet nuntiatio. et nuntiationem ita demum ualere si est ius nuntiandi. nam si ut hic dicitur ius prohibendi qui nuntiauit non habuit ergo non tenuit nuntiatio. unde non remissio ualet. qualiter ergo hic remittitur. ¶ Re. deceptio est in equiuocatione uocabuli. nam hic ubi dicitur quod ille non habet ius prohibendi dupliciter intelligitur. uno modo quia quo ad ipsam ueritatem prohibere non debet. nam aduersarius habet ius edificandi. idem dicitur habere ius nuntiandi quia ius ei nuntiare permittitur ad hoc ut nuntiatio teneat. quo casu si aduersarius satis dedit remittitur nuntiatio in eo in quo ius prohibendi non habuit. i. in eo in quo nuntiare non debuit. et sic intelligitur quod hic dicitur. si uero non satis dedit destruitur edificium quia contempsit edictum. et quia nuntiatio tenuit licet nuntiare non debuit. qui immo et si per calumpniam denuntiauit contempta denuntiatione destruitur edificium ut ar. ff. ne quis eum qui in ius. uo. fu. ui. ex. l. si quis alium. ¶ dicitur et alio modo non habere quis ius nuntiandi quasi debet nuntiare uel non. non tamen sic nuntiat ut nuntiatio teneat. puta quia non fit in re presenti. ut ff. de op. noui. l. de pupillo. § nuntiationem. et ita loquitur ff. de remissionibus. l. i. et tunc non fit remissio quia non tenet nuntiatio. et ita legitur littera hec cum non. sine non plane legitur quia remittitur nuntiatio qua tenus habet ius prohibendi qui nuntiauit. et hoc uerum est prestita cautione uel satisdatione quare debeat remissio fieri. ¶ Item nota secundum dominum meum quod ille cui nuntiatur nouum opus potest interrogare nuntiantem qua de causa nuntiet. et si nuntiator causam non exprimat impune edificabit. et arg. ar. nam qui petit missionem in bonis dicere debet causam quare petat. alias non auditur. ut c. de edicto diui adri. toll. l. ult. et stipulatio sine causa concepta non ligat aliquem cum effectu. ut ff. de doli ex. l. ii. et ff. de condict. ind. et ff. de transact. l. cum his. in fi. et colu. pe. ¶ In hoc autem interdicto actor faciat tales positiones. Po. ac.

¶ Ego dico quod tu nuntiasti mihi nouum opus. ¶ Item dico quod ego satis dedi tibi uel caui quod si appareret iniuste me edificasse quod ego destruerem. ¶ Item dico quod fui paratus tibi satis dare. ¶ Item dico quod tu me prohibes uolentem edificare post dictam satisdationem a me prestitam. ¶ Item dico quod est infra annum quod hanc prohibitionem fecisti. ¶ Eodem modo reus faciat tales positiones.

¶ Ego dico quod ego nuntiaui nouum opus tibi. ¶ Item dico quod ego petii quod mihi satis dares. ¶ Item dico quod tu mihi satis dare recusasti. ¶ Item dico quod iam annus transiit quod ab eo die ex quo dicis quod te prohibui uolentem edificare. ¶ In hoc autem interdicto concipitur ita libellus.

Vobis domine h. potestati pi. conqueror ego R. de o. — Libellus —
quod cum denuntiassetis mihi nouum opus et sibi satis dederim de opere demoliendo si appareret me iniuste edificasse uel paratus essem satis dare et nec uelit edificare me prohibere et impedire quominus edificem non cessat uel me impedit edificare. unde ne me impediat ago contra ipsum. ad hoc propono interdictum de operis noui nuntiatione quo cauetur ut satisdatione prestita ab eo cui nuntiatur nouum opus non impediatur quominus edificet uel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. quod ita recte concipiatur libellus dicitur. l. ex ff. e. l. prętor. § de inde. Q° Sed opponitur non uidetur quod libellus iste sit bene conceptus. certum est quod iste qui uult edificare aut possidet et tunc habet uti possidetis interdictum ex quo non permittitur sibi edificare. ut ar. ff. de ui et ui ar. l. iii. facit. uel habet interdictum quod ui aut clam. ut ff. quod ui aut clam. l. i. aut non possidet et tunc quomodo habet illud interdictum cum illud interdictum tueatur possidentem. s. ne impediatur edificare. sicut patet per l. ff. e. l. prętor. § de in. Re. iste libellus est bene conceptus. uerum est et quod illud interdictum datur possidenti uel tenenti et licet haberet forte locum interdictum uti possidetis uel quod ui aut clam nihilominus datur illud. licitum enim est nobis habere plura auxilia. ut ar. ff. de liber. leg. l. i. et ar. ff. de fundo instructo. l. eisdem. Si debitor alienat in fraudem creditorum competit creditoribus ad reuocandum alienata interdictum fraudatorium.

Rubrica de interdicto fraudatorio.

Contingit quod aliquando debitor alienat in fraudem creditorum. tunc quod competit creditori interdictum fraudatorium. ut ff. de solut. l. pupilli debitor. § i. ¶ Item competit creditori caluisiana et pauliana seu fauiana secundum diuersitates sententiarum de quibus plene diximus. s. in prima. s. Rubr. unde que dicta sunt in illis intelligantur et in hoc interdicto tacite repetita. hic enim notatur diuersitas. nam quidam dicunt quod sit proprium nomen interdicti et habetur per se. l. prox. de solut. In nulla enim alia. l. inuenitur nomen ipsius interdicti. alii dicunt quod non sit proprium interdicti immo quod dicitur ff. de

[Marginal glosses, left:] ¶ Quartum — dictum — Super autem est perpetuum ideo quod peruenit ad uiolentiam. — Secundum extra ... quo si satis ... potest ille cui nuntiatio fit — nam ibi tenet remissio ubi tenet nuntiatio in libello quod nuntiat habet ius nuntiandi — et sic non ... illa tamen non posset — Si tamen est

[Marginal glosses, right:] tenetur ... ut ff. ... de nuda ... cum uoletis ... etc. — iste est satis prestita sine satisdatione uolui satis dare. — ego — ut ff. quod ui aut l. i. — creditor.

de sol. l. pupilli debitor in edicto fraudatorio et
relligio forte quod est ff. de his que in fraudem cre. l. i.
sicut probatur. per l. eius de titulis de his que in fraudem
cre. l. iiii. ubi est inventum sine numerum aut et est in hoc
interdicto est contentum de his que ut non sit persona nomine interdicti.
sed sive sit persona nomine interdicti sive non competens in bella si
et competens contra actu de aluiusana et pauliana et fa
uiana que quot requiruntur in illis per maiori et . . .
. . . tot requiruntur in edicto. ut hic repperies
ea que supra notam. Explicit tractatus de interdictis.

Incipit tractatus de edictis. que in jure pretoria fuerunt. Unde
de edictis incipit prohemium. Et de summa omnium
edictorum.

Cum de interdictis omnibus plene et copiose sit tractatum restat
ut de actionibus cavillibus disseramus. verum quia edicta sunt
pretoria sicut et interdicta ideo post de edictis tractantes postea
a ceteris differemus. quia cum concedente divina
gratia pretorii iuris tam in actionibus quam interdictis cursum pe-
gimus esset absonum si in preterita circa edicta partem
iuris pretorii sineremus. ideo de edictis videamus. Sciendum
ergo est inprimis quod ius pretorium est tripartitum collectum seu divi-
sum per actiones et per interdicta et per edicta. cum ergo sit ple-
nissime tractatum de actionibus pretoriis et de interdictis re-
stat ut de edictis copiosissime differamus. Quo
. . . queritur inprimis que sit differentia inter actiones preto-
rias et interdicta dixi. s. de interdictis. in prin. Item edicta autem
et interdicta talis est differentia. in omnibus enim interdictis aliquid per
esse precipitur vel fieri prohibetur. puta unde vi. illum
expulisti illuc eum restitue. uti possidetis eas edes . . .
. . . clam. nec precario ab adversario vim fieri veto. et sic
in omnibus aliis precise aliquid precipitur vel prohibetur sicut
quilibet studiosus diligenter potest considerare. In
edictis autem non precipitur aliquid ita precise sed sub-
. . . comminatione precipitur est inprimis ne aliquid fiat
et si factum fuerit actionem in factum pollicetur. precipit enim
ne aliquis corrumpat album pretoris sed si corrumpit dat
actionem in factum contra corrumpentem. ut ff. de iuris dict.
o. iu. l. si quis. id quod. Item precipit et prohibet pretor. ne
aliquis habeat positum in subgrunda sed si habuit actionem
in factum pretor ex illo edicto pollicetur. ut ff. de his
qui deiec. vel effu. l. sive plerumque. pretor ait. sic et in a-
liis edictis quilibet studiosus potest attendere. de qui-
bus . . . dicemus. Item nota quod edictum est constitutio vel consti-
tutum pretoris vel alterius qui iurisdictionem habet . . . et dicitur
autem. exhibit edictum a cesare augusto. Item in edictis
pretor modeste aliquantulum loquitur. dicit enim in titulo
de minoribus. sic minores. xxv. an. natu . . . querere
. . . ut ff. de mino. l. ait pretor. Item in titulo
generali de restit. dicitur sententiarum restitutionum. Item nota quod
loco cuiuslibet edicti datur actio in factum. nisi specialiter nomine
aliquo edictum nuncupetur. Item nota quod omnis actio ex edic-
to descendens est pretoria sicut hec per singula edicta ostende-
mus. verum quia de edictis sumus tractaturi ideo in-
. . . quod . . . maiestatem pretoris. et quia
fit per edictum de albo corrupto. ideo de eo videamus. Si quis
corrupit. vel delevit. vel intercleverit. loco cui fuerit
hodie . . . in l. . . . autem per
edictum de albo corrupto. Rubrica. De albo corrupto.

Sciendum est inprimis quod . . . vocatur album pretoris et qua
. . . aliquis . . . corrupperit et qua . . . pena impo-
nitur. . . . attendendo quod . . . pretoris . . . sunt
habebant locum quemdam de albarum pone parietem . . .

bulam vel quid aliud et in loco illo scribebant pretores citati-
ones quas faciebant et statuta sua et ita dicebat
in titulo illa vel scriptura pretor citat talem . . .
ut die tali veniat coram eo. Item pretor precepit quod tale
quid non fiat. et si aliquis fecerit . . . ita puniatur.
unde hec talis citatio que . . . per edictum non potest
fieri a pedaneis iudicibus. ut c. de iudic. l. sancimus
. . . nec et a delegatis ab aliis iudicibus. ut in auth.
coll. v. de exhi. et intro reis. § illud non admini-
stret. si est delegatus a principe quicquid potest per
dicta citare. ut in auth. de litigiosis. coll. viii. § omnem
vero in musiculo edicta vero. Quo . . . quod faciet
alii delegati qualiter citabunt. Respondeo sufficit requirere. i.
mittere nuntium quod litigatores veniant coram eo ut
in predicto l. sancimus. Quo . . . opponitur videtur quod
autem. dicit quod delegatus denuntiet delegantem ut de-
legans citet absentem. ut in auth. de litigi. § illud
non administret. Respondeo. intelligas quod dicit autem
ante litem contestatam. post litem autem contestatam. potest ipse delegatus re-
quirere. in quo casu loquitur lex predicta sancimus sic
predicta autem . . . de litig. § igitur. ubi videtur notare quod
quilibet delegatus possit dare inducias et mittere ac-
torem. . . . i. precipere quod mittat. nullus enim re ipsa
. . . mittere nisi habeat nuntium vel nuntium . . . ut ff.
de iuris dict. o. iudi. l. iubemus. et ff. ad municip. l. ma-
gistratus municipales et l. ea. que. videtur autem possit
ut mittatur aliquis . . . ut ff. de off. eius cui man-
datum est iur. l. i. § fuit. et sicut de his notavi copiose. s.
que cause possit delegari vel non. si ergo potest mittere in
. . . i. precipere quod mittatur et dare inducias multo
fortius poterit citare. unde videtur quod quilibet dele-
gatus possit citare et sic videtur corrigi quod dicit in predicta
auth. § illud non administret. et quod dicit l. c. de iudic.
l. sancimus. sed sicut diximus occurrit auth. de litig. § re-
dicta. . . . quod nullus delegatus citare potest nisi sit
a principe delegatus. unde ita tres citationes tres sunt
et tribus modis fiunt. prima per preconem que ad citandum
reum sufficit. ut in auth. coll. v. ut omnes obediant iu-
dicibus § illud neque ipse apparuerit. et est posita in
c. ubi de minimis agi . . . auth. qua in primitia.
licet talis citatio non sufficiat ad citandum actorem
immo specialiter debet ad eum mitti nuntius ut veniat. ut
dicit auth. de litigi. § omnes vero. Quo . . . quid illud
in actore et in reo. nonne dicit regula iuris non de-
bet licere actori quod reo non licet. ut ff. de reg. iur. l.
non debet. Respondeo. Ratio est in promptu reus est multotiens
citatur per nuntium quod veniat responsurus unde ad
convincendam eius malitiam sufficit citatio per preconem. ac-
tor autem numquam citatur immo alium facit citari
unde specialiter nuntium et non per preconem est citandus. est
et alia citatio que fit per nuntium sicut totidie de facto
videmus quod venit nuntius potestatis seu consulis
et dicit veniatis coram potestate. istas duas citatio-
nes quilibet iudicum potest facere. Est et tertia citatio
que fit per edictum que edicta non fiebant nisi a maiori-
bus iudicibus et scribebantur in albo sicut et scribeban-
tur in illo albo nomina decurionum et dignitatum ut
ff. de albo scribendo. l. i. et ii. quis autem locus dica-
tur album pretoris dictum est. s. in prin. Quo . . .
quid non videtur quod istud edictum locum habeat. hodie enim non
est tale album pretoris unde nec locus est pene que per
hoc edictum imponitur. Respondeo immo. ideo hodie locum

tm

hre et si non directo utiliter non habet locum. nam licet hodie in dicta consuetudine abierit tale album pretoris tamen in locum illius albi successerit hodie constituta ciuitatum et quaternus qui tota die constituuntur. in eodem edicto qui si aliquis corrumpat hodie constitutum ciuitatum uel quaternos communis. quod habet locum hoc edictum utiliter. (Sum ad hoc ut illud edictum locum habeat tot sunt necessaria. Primum quod aliquis sit pretor uel talis qui possit edicta facere. ut C. de offi. pre. l. normam (Secundum quod habuit locum illum s. parietem de albatum ad scribenda edicta (tertium quod edicta sit proposita et cum perpetue iuris dictionis (quartum quod aliquis corruperit album illum. sic hoc colligitur. ff. de iuris dict. o. iu. l. si quis id quod. et locum habet edictum hoc siue sit scriptum in loco qui uocatur album pretoris siue in carta uel in alia materia. ut in l. predicta. et hec est pena ciuilis (si autem uellet quis criminaliter agere posset illum accusare de falso. ut ff. de falsis. l. hodie. (et nota quod hoc edictum est populare ut l. predicta l. si quis id quod. (Quartum quod dolus interueniat non autem lata culpa uel leuissima in l. predicta si quis id quod (Sed nonne lata culpa comparatur dolo. ut ff. de posita. quod nerua. Sed uerum est quod comparatur in contractibus et in contractibus et in delictis non quia lata culpa comparatur dolo. ut ff. ad l. iul. de sica. l. in lege cor. (Item si lata culpa interfecit hominem non teneris ut homicida quia dolus cessauit. ut C. ad l. cor. de sica. l. i. (et in furto si quis latam culpam committat sed de dolo tamen ut ff. de furt. l. i. et in C. de. in fin. i. columpne. Unde in hoc edicto actor s. quilibet de populo faciat tales positiones. Ego dico quod tu. po. actor.

est pretor uel senator seu potestas ciuitatis pistorie. (Item dico quod ipse fecit scribi in tali loco uel in talibus quaternis communis ita s. aliqua capitula. (Item dico quod tu uiuis et corrupisti hoc album uel illos quaternos communis corrumpere autem dicitur quis siue ita corrumpit ut legi non possit siue inter leuerit. ut ff. ad l. aquil. qui tabulas. siue raserit siue quod incidat uel mutet. ut ff. de falsis. l. quid sit. In hoc autem edicto reus faciat tales positiones. po. rei

(Ego dico quod potestas siue pretor siue senator qui scripsit in loco illo uel quaternis scripsit sine consilio ciuitatis. uel solus senator sine aliis senatoribus. unde si hoc confitetur actor reus puniri non potest. quia non potest solus potestas hoc facere sine consilio. ut ff. ad municipa. quod maior. et ff. quod cuiusque uniuersitatis no. l. item eorum. et ff. de reg. iuris. l. aliud. quod refertur. et C. de aduocatis diuersorum iudiciorum l. restituendo.

(Item ego dico quod ad hoc illi quaterni communis sunt in prima figura. si hoc confitebitur actor reus absoluetur. quia sequitur quod non sit nec cancellatum nec abolitum quod est in prima figura ut C. de edicto diui adri. toll. l. ult. (Item dico quod tu non corrupisti tamen quaternos illos. si hoc confitebitur actor absoluetur reus per ubi illud tamen. libellus.

In hoc autem edicto concipiet actor siue accusator talem libellum. Vobis domine h. pot. p. c. e. R. de . qui in quaternos communis. siue libellos siue confessiones uel dicta testium posita in quaternis communis ipse corrupit uel abradendo uel mutando uel interlendo uel incidendo. unde ipsum peto puniri in l. aureos. et ad hoc propono actionem in factum subrogatam in locum edicti de albo corrupto utilem uel ipsum edictum uel albo corrupto utile. quod ita recte concipiatur libellus. dicit l. ff. de iur. dict. o. iu. l. si quis id quod et inst. de act. quod penales. Q. d. Sed illud queritur quare ponitur in libello utile. et est. Sed directum edictum non est hodie locum habet cum hodie non sint pretores uel tales qui in uita possint condere. nec

nec faciant huius modi scripta in albis. et forte diuus imperator faceret qui solus iura condit. ut C. de leg. et consti. l. humanum et l. ult. (uel posset hodie locum habere directum si aliquis corrumperet aliquod edictum pretoris positum in aliquo titulo digestorum. uel dicere de hoc habet locum qualibet uerba edicti deficiant tamen habet locum sua edicti. ut ar. ff. si quadrupes. pau. fe. di. l. pri. Q. d.

Item queritur non uidetur quod hodie uel olim potuerit habere locum. nam ita dicitur si quis id quod cum perpetue iuris dictionis. quoniam unquam posset esse uel iuris dictio pretoris uel alicuius potestatis perpetue. nonne annuum erat pretoris ipsum et hodie et potestates per annum eliguntur. ut inst. de per. et temp. act. quoniam et eorum statuta possunt esse perpetua cum lex dicat alibi. quod potestates seu presides non possint aliquem dampnare perpetuo relegandum et relegandum hodie non tamen ultra annum dampnatur. nam omnis actio pretoria et penalis annalis est preter act. furti manifesti. ut inst. de perpe. et temp. act. Q. d. Sed illud queritur an ista pena sit introitum communis uel rei publice. uel an debeat dimidiari inter actorem seu accusatorem et fiscum. et hec questio posset notari fere in omnibus inferioribus edictis. de edicta illa sunt publica et pena debetur exillis heredum est uidetur in esse uariare. nam quedam leges dicunt quod tota pena sit danda communi uel fisco. ut C. de sepulcro. uio. l. qui sepulcrum. nam ibi dicit quod pena illa infertur fisco. Item l. ff. de munere. mo to. l. angaria. nam pena. l. aureorum datur in publicum. ut (ex hac l. uidetur uelle quod sit illius qua accusationem intentat tota pena. nam l. dicit quod in actionibus popularibus censetur actor qui uult est constitutus. ut ff. de u. sig. sicut (Item lex alibi uidetur uelle quod pena debeat dimidiari inter fiscum et accusatorem. ut C. de assesso. l. nemo. et ff. ad simul. l. lege. fi. et ar. de thesauro in uento cuius medietatem habet fiscus medietatem inuentor ut ff. de iur. fisci. l. non intelligitur. (Sed dominus cy. quod dimidium fiscus et dimidium accipiat per leges predictas. et hoc sentit dominus. w. et dominus ius. (dominus autem or. dicit quod tota pena sit accusatoris per l. predictam. sicut nec obstat quod dicit de sepulcro uiolato. ibi enim dicit speciale propter atrocitatem delicti qui mortuos quadam sceleris immanitate in pace dormire non sinunt. ut C. de epis. audi. nemo. nec obstat. l. ff. de termino moto quod quod ibi dicit datur in publicum. i. cuilibet agenti de populo. unde dicebat ipse quod ubicumque pena datur ex aliquo edicto quod semper detur accusatori et non fisco. nisi lex dicat quod debeat dimidiari. ut in l. predictis (et nota quod licet prima facie non uideatur aliqua utilitas illius edicti tamen maxima est hodie propter maliciam aduocatorum qui in quaternos communis corrumpunt et libellos immutant et confessiones et acta et dicta testium. sicut sepe uidi de facto contingere. sed nos dicamus quod dolo malo debet album corrumpi.

Q. Sed quid si aduocatus corrumpat. nunquid probabo ipsum dolo corrupisse. uideretur quod sic. nam qui dolum dicit eum illum probare debet. ut ff. de probat. quotiens. et qui dolum. et lex dicit dolus ab actore perspicuis indiciis probari debet. ut C. de dolo l. dolus. (Sed contrarium credo in parte ista scilicet esse quod aduocatus abrasisset uel corrupisset presumeretur quod dolo fecit. et ita dico quod hic dolum presumi sicut et al. ff. ad mu. tu. l. tutor qui repertorium (quod autem s. notatur quod lata culpa hic non comparatur dolo. et quod lex dicit quod parcitur rusticitati. ut l. predicta si quis id quod. (Sed uerum est in principali. alias in aduocato qui scienter iura uel scire debuit quoniam posset dicere quod fecit hoc per ignorantiam uel simplicitatem. certe nullo modo (fuerit tamen si aduocatus abraderet ad hoc ut emendaret sicut aliquando mihi factum et hoc esse credo non edicto esse puniendum. sed de consilio meo procedit ut similes breues fiant maxime in libello et autem littere contestatur dicat iudici et iudex faciat uel mandet tabellioni.

et ubi ... sunt ... ut ff. de penis. l. moris ... uerum est quod ... durent eorum officia uerum ... eorum statuta perpetuo

= pro pretorio
leuis
No. quod lata culpa non comparatur dolo nisi in delictis.
= non teneris
No. quod ... corrupto
= illius
No. quod potestas non potest ... sine consilio
= non
= dicitur
No. bo. ...
= agitur
= tota sit
= de solut.
accusator
= leg.
= sinit.
No. de malitia aduocatorum
No. quod ...

fieri alioquin si advocatus mandaret tabellioni quod
abraderet et ille abrasit uterque tenetur, ut in l. predicta
siquis id quod. *Si aliquis iudici non obtemperaverit vel in personam*
vel in medio vel in fine, iudex potest eum mulctare ex [illegible].
Siquis i. di. n. ob. l. Siquis i. di. n. ob.
Contingit sepius quod litigantes iudicibus non obtem
perant et ideo inductum est edictum per quod imponitur multa
illi qui iudicianti non obtemperat. que multa continet quan
ti ea res est. ut ff. siquis ius dicenti non obtemp. l.
unica. Quero sed illud queritur an hodie illud edic
tum habeat locum in potestatibus et iudicibus nostris temporis. videtur
rem in primis quod non, nam omnibus magistratibus est permissum de
fendere iuris dictionem suam penali, id est multali iudicio, non
in duumviris. ut l. predicta quod ubi duumviris expon
it. [margin: iudicio]
dominus meus, id est civitatum defensoribus seu municipiorum ut [margin: ille]
c. de iudic. l. ult. item l. dicit defensores civitatum non
inducant multas. ut c. de defen. civi. l. defensores nichil.
Sed dominus meus dicit et olim et hodie posse defensio [margin: multali iudicio nam cum olim et hodie possit dici iurisdictio]
res civitatum multas indicere et defendere suam iuris
dictionem et habebant cohertionem et habent cum iuris dictione
in d. l. ult. Item et hodie possunt audire levia crimina [margin: sunt cohercere]
ut in auth. de defen. civi. coll. iii. § audient. ergo mul
to fortius possunt multas imponere. Contra vide rationem
ex quo sit. esto quod potestas vel iudex aliquis preciperet ali
quid tamquam iudex, litigatorum non vult parere, quid
erit. certe illa esset sane et delusorium precepta imperium quod
ivit nolunt ut ff. de iudic. l. si pretor et ff. ne quid in
loco publ. fiat l. ult. Hodie tamen videmus de facto quod et
potestates et iudices communes indicunt multas litigato
ribus nolentibus eorum parere preceptis et sic de iure et de
facto ut bona sua dominium non obstat l. ff. siquis iu
di. non ob. videtur quod non potest duumvir defendere suam
iuris dictionem penali iudicio. Solutio verum est penali id est quod
corporaliter puniat, vel aliter et melius, id est multali sub
audi imponendo maximam multam de qua multa lo
quitur lex c. de m. mule. l. ult. potest enim indicere mul
tam modicam et ita est Ro. l. predicte. c. de defensori
bus civitatum. Quero sed illud queritur. quam intelli
gimus modicam multam. Ro. secundum qualitatem contempte
iuris dictionis et secundum conditionem persone et secundum civitatem in qua potest.
et dicit maxima multa vel modica in lombardia de
potestatibus habet liberum arbitrium in potestati vel indicunt
non modicam sed maximam, nam sepe iudex pro modico [margin: et multam]
delicto. Sed quia potestati non obtemperavit imponit pe
nam et multam, scilicet c. lib. imperialium et sic imponitur
multam ultra quam dicatur l. c. de modo mult. l. ult. in
tuscia autem ubi nolunt civitates quod potestates sint li
beri dominii quo ad multas et quo ad penas imponen
das indicunt modicas multas. nam apud pisanorum ci
vitatem ferream nobilem et probissimam potestas sine consi
lio non potest punire ultra xx sol. cum voluntate consi
lii potest punire quantum voluerit potestas cum consilio. Quero
sed illud queritur de huiusmodi bannis que mittuntur
hodie per precones. ita potestas precepit quod quicumque iverit
ad arma sit in pena c. l. queritur an talis pena
seu multa possit imponi. sic et comites et barones in
apulia qui indicunt multas c. unciarum et sic
ducunt multam ultra legem. c. de m. mule. l. ult. Ro. [margin: statuit]
de iure si queritur tales multas imponi non potest. nam per
l. illam maior multa que imponitur non excedit sex
uncias auri et hoc quando maximus est iudex. que sex
uncie auri faciunt xxxvi aureos. qui xxxvi au

rei faciunt bene xxxiiii lib. pisanorum et hoc ita colligo.
lxxii. aurei accepto ferentur in libra auri. ut c. l. x. de [margin: Nota lxxii aurei accepto feruntur libri]
suscepto et arcariis. l. quotiens libra auri valet xii uncie,
uncia autem auri valet iiii lib. et dimidium vel centum sol.
ad plus. et sic poteris computationem trahere secundum sensum de ab [margin: Nota solidi [illegible]]
baco et sic semper in legibus nostris ponitur solidus pro aureo et ex [margin: Nota]
isto. unde quidam stultus iudex apud nobile castrum de tuscia
s. montem pollicianum donationem ccc. l. factam insinuati
one revocavit. et dixit nullam usque ad xxv l. et faciebat
talem computationem donatio non valet ultra quingen
tos sol. ut c. de donat. scilicet m. et l. siquis ar. quingenti [margin: et]
sol. faciunt xxv lib. et ideo donationem in xxv lib. in
dico valere. ultra propter insinuatio non valere. et sic iudex il [margin: sub specie veri]
le fuit deceptus specie veri. et fuit derisus. ideo de hoc dio
illud ideo recitavi ut sciant sibi cavere iudices nostri temporis
ne male iudicent sicut ille. Verum tamen de facto hodie potesta
tes in lombardia et tuscia et comites et barones in apu [margin: indicunt]
lia indicunt multas et imponunt. Quero item illud quero
ecce banum missum est per totam civitatem aliquis ve
nit et fecit contra bannum dicit modo ego non incido in pe
nam quia ignoravi bannum fore bannum missum. et ita
dicit se iudici vel potestati bene obtemperasse quia contra non
fecit. cum sit ignorantia excusatus. numquid contra debet pro
bari illum scivisse bannum fore missum. videretur quod sic
quia quicumque vult de scientia arguere ille proba [margin: eius]
re debet quem dicit scivisse non quem dicit se ignorasse. ut
ff. de probat. verius et ff. de administra. tu. l. hoc autem. Item et
est aliud ar. nam vox preconia pauces ignorare dicit. ut auth.
quis semel. c. quomodo et quando iudex et c. f. auth. de litigi
osis coll. viii. § eodem modo. Contra lex dicit quod decretum factum
ab ordine non tenet in scientem non autem ignorantem
ut ff. de decretis ab ordine faciendis l. ult. Item nam et siquis
ignorans testatorem occisum testamentum aperuit non pu
nitur. ut ff. ad sil. l. siquis ignorans. § si quis ig
norans. Item non contempnit disciplinam qui ignoravit militem
ut ff. loca et c. l. siquis igno. Contra videtur quod aliquis
non possit excusari per ignorantiam. nam lex dicit quod su
fficit si sit aliquis preconia voce citatus ut auth. qua
in provincia c. ubi de cri. agi op. et est in corpore auth. ut
de ob. iii. coll. vi. Item et l. dicit quod licet aliquis se i
gnorasse dicat nichilominus incidit in penam vecti
galis. ut c. de publicanis l. ult. § licet. Quid ergo dice
mus. Ro. et dico aliquem in bannum incidere et si dicat
se ignorasse sicut bannum fuit generale per civitatem et
ipse fuit in ea non potest allegare se ignorasse il
lud quod omnes sciunt vel maior pars scivit et esset crassa [margin: regula]
ignorantia ut ff. de iur. et fa. igno. Regula et de
institutis l. si et si pupillus. § si plebem. Verum si
vellet dicere quod eo die fuit absens quo bannum fuit
missum audiretur illum et excusaretur a pena. ut c. de [margin: Nota [illegible]]
sent. et interl. l. optimam. et in eo casu attendo
quod dicit l. de decretis abor. fa. et quod dicit auth. quia non
sufficit sit preconia voce citatus verum est quando preco mit
titur per totam civitatem tunc nullum video ab anno ex [margin: operatur]
cusari vel ad hoc ut illud edictum habeat locum ter
tium necesse est. Primus quod aliquis sit magistratus. Secundum [margin: sit]
quod aliquis sit subiectus iuris dictioni illius. aliquin non
tenetur parere. ut ff. de iuris dict. o. iu. l. ult. et ff.
de bo. aut. iu. pos. l. cum unus. § bona quam. Tertium quod a
liquid fuerit mandatum subiecto iuris dictioni sue au
dictum. Quartum quod ille non obtemperavit. sicut probatur
per l. ff. siquis ius di. non obtemp. l. unica. et dicit aliqui.

Flo. [illegible] modo [illegible]

non obtemperare siue non obtemperat in principio puta
iudex dicit exhibeas rem uel uenias die tali ad curiam
suam in medio cause siue in fine. in quacumque parte cause
actor uel reus non paret iudici non uidetur obtemperare. et
ideo iudex eum punire potest per hoc edictum. et licet dicat
l. predicta quod his uidetur non obtemperare qui quod est extremum in
iuris dictione non implet. et ita uidetur tantum quod ultima par
tem iudicii respiciat. sicut et multi errantes in hac
oppinione fuerunt. dominus tamen dicit extremum uocari
quamlibet partem iudicii. sicut ipse notat in predicto .c. in uo
tula sua. hoc modo. hic ponitur quidam extremum pro ultimo
et ultimam uocat executionem sententie et missionem rei que
petitur. i. que ultimo fit post uocationem et quod sequitur
in l. predicta. uelut siquis rem mobilem asserere uendicare passus
non est. et est non appositum sed de subauditu refertur.
quasi dicat is demum incidit qui non paratur ultimo non
is qui non paret primo. is autem qui non paret quiete a
se poni in iudicio non patitur quia absentat se sed
patitur rem sibi auferri hic paret ultimo hic non
incidit. ceterum si et est. quasi dicat si ultimo non paret
et sic recusauit sententia hic punitur. responsio dici quod est
i. et l. ¶ non solum namque ibi dicitur quod glosa habet in actore et reo.
sed secundum .m. non habet locum titulus in reo. quod falsum est. preterea
non uinia confudit. cum si enim non patitur rem a se euic
dicare. hoc esset impossibile. unde dicitur extremum di
ei primum et ultimum iuris dictionis. nam si longissimus extre
mum dicitur primus et ultimus terminus medio quiete.
puta in hoc exemplo. homo est animal sed omne risibile est homo ergo
omne risibile est animal. nam quod predicitur in conclusione et
propositione. sed hoc nomen animal dicitur una extremitas et
maior. quod autem subicitur et assumitur in assumptione
et conclusione est alia extremitas minor. i. hoc no
men risibile. medium est quod subicitur in prima et subi
citur in secunda. s. homo. et quod dicitur iniuria uelut siquis
asserere rem uendicare passus non est. et est positum exem
plum de eo qui non paret ei quod primum est in iuris dictione.
et quod dicitur uiuam sed dicere et est sententia et est. ponit exem
plum de eo qui non obtemperat ei quod est ultimum in iuris dictione
In hoc autem edicto actor faciat tales positiones. po.ac.
Ego dico quod dominus ugolinus de portaria est potestas
est potestas pistorie. Item dico quod dominus informatus
est iudex communis pistorie. Item dico quod ipse est precepit quod
die tali esset coram eo uel quod rem exhiberet uel quod rem re
stitueret uel aliquid tale. Item dico quod tu contempsisti
tale preceptum. Item dico quod talis decurrato pistori
e uel de l disseru. Item dico quod tanti mea interest
pone. in .x. quod tu illud preceptum fuasses. hanc ulti
mam confessionem facio quando actor uult petere suum in
teresse per illud edictum quod potest. sic. sed notabimus sicut
uult agere ad penam tunc dico illam confessionem non esse
necessariam. positiones rei.
Et reus faciat tales positiones. Ego dico quod dominus
ugolinus fuit potestas per annum a kalendis januarii.
usque ad annum. Item dico quod ipse dominus potestas precepit
mihi eo tempore quando successor aduenit. uel fecit mihi illud
mandatum post kalendas ja. finito anno. si hoc confitebitur
actor absoluetur reus quia precepit eo tempore quo pri
uatus est non potest uel eo tempore quo successor adue

nit. ut ff. de iuris dictione. o. iu. l. est quod et ff. de offi.
pro. et legat. l. meminisse. Item dico quod ego sum pistoriensis
si hoc confitebitur actor absoluetur reus. per l. ff. de
iur. o. iu. l. ult. Item dico quod illud preceptum ego ad
impleui. Item dico quod illud mandatum fecit tuo tem-
si hoc confitebitur actor absoluetur reus. Item dico
quod licet preceperit mihi quod usque ad talem diem ego quod tale quod facerem
l. i. Reg. l. aurei quia pretantur non propter rationem extimationis sed pene: et licet sit modica pena ratione delicti tamen ita placuit actori aliquando est enim minor pena deberet imponi imponitur maior et econtra nam abigeatus est minimum delictum et maxima tamen imponitur pena quod debet relegari aut bestiis subici. ut ff. de abigeis l. i. Item econtra qui effregerit parietem et subripit pecuniam quinquennio relegatur ut ff. de effractoribus l. i. § ite. ecce illud maximum fuit delictum et modica pena imponitur. Vel ideo illa ita brevis imponitur pena quia delictum illud forte quia fit sine dolo et sic leguntur romani non deridebant legislatores longobardos qui dicunt liberum hominem interfectum recipere extimationem usque ad ccc. solidos vel ccc. qui se defendendo quis occidit alium ut dicit Lonbarda de homicidiis. Revolvimus quia ibi prestatur illud quod prestatur loco pene non loco extimationis. **Opp.** Item supra tio libello opponitur de operis futuris quoniam ille presentis peti non possunt, ut ff. de iudic. l. non quemadmodum. Item quoniam possunt extimari opere future, vel usque ad quod tempus extimabuntur. Pro positione peti opere licet sint future, certum est quod delictum est consumatum ex presenti delicto agitur licet aliquid sit futurum, tamen qui propter delictum iudicium fuit interpretatum. sicut habes ff. si usufructus. ut. l. hec. et l. eq. et ff. ad l. aquil. l. in lege aquilia. Fiet autem computatio operarum futurarum secundum extimationem vite. ut et alibi fit. ff. ad l. falc. l. hereditatum computationem, sed in lege illa fit duplex extimatio vite, quia alio tamen fit in valitudinariis, alio modo in viso fructu et minor quam computationem fuit. Hec illa questio valitudinarie quia maiorem plurimi vita. ut quod facit ubi favor valitudinaris quem maiorem plurimi. Hoc idem faciat odium ratione quia delicti. Sed quid si actor ille ulterius vivat vel minus vita per supra quid erit de extimatione soluta pro operis. Similiter si vixit repetitur quod est solutum. Similiter accepit. peteret idem posset per extimationem futurarum operarum. Hec. dominus. non ac. repeti posse quando minus vixit idem vel habuit. per sunt quando vel vixit potest actor petere quod debetur adhuc pro operis futuris. sic in usufructu rei per relicto ut ff. ad l. fal. et l. hereditatum computationem. Similiter dominusque. **Opp.** Sed nonne obstabit exceptio rei iudicate, nam pecunia soluta ex causa iudicati non solet repeti, ut c. de condict. in. l. i. et ff. nam l. si in doli. contra in omnibus. Unde multi mecum illud quod omnis dicunt nec ab illo posse pecuniam repeti similiter vivat, nec illum posse agere similiter ultra. Ego autem defendo sententiam domini mei et dico optime ipsum dixisse, et quod opponis quod obstat res iudicata. hoc non est verum nam in hiis casibus ut venientibus repetitur solutum ex causa iudicati et datur exceptio, ut ff. de condict. sine causa l. si ex illo. et c. de re. iudicata l. i.

Quid si contingat quod plures socii habitant in eodem cenaculo et unus forte deiecit vel effudit, unde dampnum datum oportuit quemquam solvere. An competit actio per locum contra socium. Rx. de exc. vel eff. contra socium.

Verum quia contingit sepe quod plures in eodem cenaculo habitant et unus forte deiecit vel effudit, unde dampnum datum est et oportuit quemlibet alios solvere, ita solventibus currit quod utili pro socio actione sive ab illo repetere vel actione in factum ex hoc edicto descendente, ut ff. e. l. i. in fi. et l. cum similiter et l. et quidem et l. proprie. et hoc.

sed qui simul habitant, aliter si separatim, tunc ille solus tenetur
ex cuius cenaculo effusum est, ut ff. eodem l. si vero. in principio, cum ar. le
gum predictarum notat dominus magister Ac. quod scolaris scolari tene
atur et pro expensis suis, et nec tamen eum in hospitio nolen
do alios inducere vel alius repetens in tali hospitio, et non di
recta quia non gerit societatem scolares in festo sancti
Michaelis ad commodiorem unum et uberiorem questum
et sic locum habet sua non habet locum illa. Unde habet locum utilis
ut ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur l. i. et l. penultima, et ita ipsum de
fendo, consulunt eundem arbiter unde quosdam socios meos
et ita ipse in verit licet alii dicant quod ego scolaris
impeditus a socio meo nullam habeo actionem contra impe
dientem sed habeo actionem contra bononiensem locatorem ex conduc
to ut ipse prohibeat socium meum, ut ar. ff. ad l. rodi
de iac. l. ii. §. i. et ff. locati et con. l. in ea re ut vel ut qui
dam libri habent cum impleat. Item contingit
sepe quod aliquis conducit hospitium ut habitet ibi. mercedes
suas vel heredes vel ut ibi operaretur cum discipulis suis. Ille
conductor recipit forte ibi secum aliquem hospitem qui
moretur cum eo usque ad annum vel medium, modo ho
spes ille receptus vel aliquis de discipulis dat dampnum contra
ductoris iste tenetur actione in factum ex hoc edicto de his
qui deiecerint vel effuderint illi cui dampnum datum est ex tali de
iectione. Unde dicitur datur actio in factum illa conductori
contra illum hospitem vel discipulum qui deiecerit propter cuius de
iectionem dampnatus est. Et hoc quando non conduxerat opus di
scipuli vel hospitis, tunc ex conducto daretur actio, ut ff.
eodem l. si vero. §. i. autem leges aquilie et quod dicitur ibi ex loca
to expone, i. ex conducto. Ista est alia premissi te po
nuntur, ut ff. de actionibus empti. veteres. licet. nisi illo sit
alia littera dampnandus. Et tunc agit scilicet qualiter agit cum
nichil est absit. Ibi abest intellige in quo quis obligatus
est, ut et alias ff. de neg. gestis. l. si quis mandato. In hac autem
intelligas repetita forma actionis superiori. Unde ita concipi
as libellum. libellus.
Vobis domine iudex conqueror R. de co. discipulo vel hospite meo qui
de domo quam inhabito tale quid proiecit quod dampnum
dedi Titio in vestibus et in vulneribus in x. unde propterea sum
condempnatus in duplum illi Titio. Quod duplum ab hospi
te meo vel discipulo michi prestari peto. Et ad hoc propono
actionem in factum. Quare recte concipiatur libellus. di
cit l. ff. eodem l. si vero. §. i. autem. Et ita debes recte concipi li
bellum quando iste dampnum solvit. Alioquin si non solvit
sed dampnatus est vel dampnandus est illi Titio vel dampnat
ideo ut a bulla condempnatione facta seu facienda me
liberet ago contra eum. Et ad hoc propono actionem in factum quod sic
debeat concipi libellus quando non solvit sed tenetur sol
vere, dicit l. ff. mandati. l. si mandato. §. quod. Oppositio.
Sed opponitur, nam non videtur quod actio illa possit contra conduc
torem intendi pro effusione facta a discipulo vel hospi
te, quia peccata suos tantum debent tenere auctores,
ut C. de penis. l. sancimus. Ergo iste conductor non potest
teneri illi cui dampnum datum est sed conductor contra disci
pulum non habet actionem, male ergo actio ista intenditur.
Responsio actio ista que descendit ex hoc edicto est pretoria et
extraordinaria et ex quasi maleficio unde sic dicimus
maxime in factum quod descendit ex edicto. nau. cau. sta.

que est in duplum et ex quasi maleficio datur extra ordinem
contra inhabitatorem et illa contra dominum ex delictis commissis
a familiaribus sic etiam tenetur pro facto tamen extra ordinem et pre
torie ita nichil est inconveniens. Questio.
Sed et queritur nunquid conductor contra hospitem nullam habet actio
nem, ut ff. eodem l. i. §. penultima male ergo concipitur libellus contra ho
spitem et male dicit l. ff. eodem l. si vero. §. cum autem. Responsio. l. i. lo
quitur in hospite repentino qui in nocte hospitatur in
mane recedit. l. si vero. loquitur de hospite qui moratur
cum hospite ad tempus. Item ne illud nota quod actio ista in factum
queritur conductori contra discipulum vel hospitem non illa in
factum que descendit ex illo edicto de his qui deiecerint vel effuderint, sed est il
la in factum cuius tenor in multas et varias articulis locum habet,
ut C. de pactis. l. ex. l. sancimus. et ita sentit dominus magister Ac. et
ita ibi notat alii volunt dicere que descendat ex illo edicto
cum in illo sit prestata. posita.
De actione in factum que datur contra illum qui habet aliquid appo
situm in subgrunda ex quo dampnum possit contingere.
Consuluit pretor palam edicendo hoc sic precedo ne aliquid
mali contingere possit hominibus euntibus per viam, scilicet ne aliquis haberet
aliquid ita positum in subgrunda seu domo vel cenaculo
vel aliquo alio edificio quod si caderet possit nocere. Et si
quis contra fecerit punitur eum in x. aureis. ut ff. eodem l. si vero.
§. pretor ait, et ad hoc est inducta actione in factum. Sed ad
hoc ut actio ista competat tot sunt necessaria. Inprimis quod ali
quis imponat vel impositum ab alio patiatur ita stare, et quod
cumque sit inquilinus vel dominus inhabitet vel non, non curo. ut
ff. eodem l. si vero. §. pretor. §. hoc edictum. et §. facere. Secundum
quod sit in illum locum positum unde vulgo iter vel homines consue
verunt stare in aliqua parte civitatis vel vici. Tertium
quod si caderet possit dampnum dare. ut ff. eodem l. pretor. et
l. penultima. in principio. Inhac est actione non exigitur ut dampnum sit
datum sed an dari possit. quia si dampnum esset datum quia ceci
dit tunc ageretur contra illum qui imposuit ille qui dampnum
passus est. Preter penam istam quam tenetur ipse si imposuit et
impositum habet. Si autem ille imposuit et alius possideret qui posuit
imposuit tenetur de dampno dato si ceciderit. et ille qui
imposuit tenetur pena x. aureorum. ut ff. eodem l. si vero.
§. pretor. et §. si ideo. positiones. Actor.
Unde in hac actione actor faciat tales positiones. Ego di
co quod Titius imposuit tale quid super illum locum unde vulgo iter
fit et in loco imposuit. Item illud quod imposuit de faci
li cadere possit. Item illud impositum cadet et tale dampnum
num inducit. Item si caderet dampnum posset dare. Et reus
faciat tales positiones. positiones Rei.
Ego dico quod non ille imposuit et sed non impositum habet.
Si hoc contrahitur actor succumbit quia ergo non interesse habet
illud quod est impositum nunquam cadere posset. Item illud quod
est impositum est impositum super locum unde nullus transit. In
hac actione concipitur ita libellus. libellus.
Vobis domine iudex conqueror R. de co. quod in ea parte vel loco unde
vulgo iter fit impositum habet quod si caderet dampnum dare
posset. Unde ipsum in x. aureos condempnari peto. Et
ad hoc propono actionem in factum ex edicto ne quis aliquid habet
positum in subgrunda. quod recte concipiatur libellus
dicit lex. ff. de his qui effuderint vel deiecerint. l. si vero. §. pretor. Oppositio. Sed

opponitur. nam non uidetur q actio ista competit inuentori qui a ciuitate fere tenerentur et de huius impositi super locum non uulgo recte fit. Ideo edictum intelligitur de actione locis hic contra illos quibus ita impositum ut de facili cadere possit; Mo. Item queritur si aliquis huiusmodi impositum cuius casus facilis esse possit; an quia simul inhabitat impensa subuit et remouit antenetatur. Rursus hanc questionem inuenies in questione mea sabbatinas et tractatus et ideo dic ut ibi notaui. Illud nota quod hec actio popularis est et prodidatur non ut hic dicit sed ciuibus de populo inhereditatem aut non datur et datur contra annum. ut ff. e. l. uitio. § ult.

De actione in factum que datur contra agrimensores qui mentitus est in modo renuntiandi. R. Si agrimensor falsum modum dixerit.

Contingit sepius quod aliquis uult emere .x. starioli de aliquo tenimento uel questione de finibus et sic agrimensor uadit ad locum ut metiatur uadit et metitur et renuntiat falsum modum. uel plus uel minus ita quod nocet emptori uel uenditori uel in re in iudicio finium regundorum uel renuntiauit falsam mensuram edificii faciendi uel uiam uel latitudine itineris uel de statute immittendi uel proiciendi siue aream lapide uel tignum metiendo mentitus fuit uel in uasculis rei mensura nos fefellit. Ideo pretor induxit actionem in factum contra ab illo agrimensore et in ista consequi possumus. ut ff. si agri. men. fal. mo. di. l. i. et l. et l. similiter. § hoc iudicium et l. siue. et l. uel eum et ad exemplum agrimensoris tenetur architectus et redemptor. i. qui sumptus certus opus edificat et debeat in murare usque ad .xx. pedes tenetur et tabulari si me in computatione fefellit. ut ff. l. ult. § q contra primos. c. qui renuntiat falsum modum in finibus. uel in agro competit directa in factum. in aliis casibus competit utilis. Sunt autem ut actio illa competat tot sunt necessaria. Imprimis quod questio sit de finibus. uel aliquos uel emptio sit facta de aliquo predio et emptor uult esse certus quante mensura sit predium emptum. Secundum quod agrimensor eligatur. Tertium quod uadat agrimensor et metiatur. Quartum quod metiatur et male et sic renuntiat falsum modum. Quintum quod dolo uel lata culpa fecerit predictam mensuram. Sextum quod non competat mihi actio contra te emptorem cum plus habeas de modo predio uel mihi emptori contra te uenditorem a quo pretium ... pretium ex quo minimus habui de modo de meo uel de finibus. et quoniam ... ee qua forte ... sunt non soluendo. Preterea quando in eam hec actio solum competit contra agrimensorem puta petam actionem qui uendidit mihi .x. iugera. i. iugera quod mihi solueras tu dicebas te tota soluisse. fuit missus agrimensor renuntiauit tota .x. iugera contineri in eo quod tradendum erat. absoluatus fuisti habeo ego actionem contra agrimensorem tantum contra te. quia obstat exceptio rei iudicate sicut hec probantur. ff. e. l. i. § ii. et iii. et ult. et l. si duobus § competit et § fide. pos. Septimum quod agrimensor sit nulla arte ... al' imputa ... quia eum elegisti. ut ff. e. l. i. Positiones. Ac.

Vii in hac actione actor faciat tales confessiones.

Ego dico quod uolebam emere a titio .x. iugera predii uel quo finium erat inter me et titium. Item uolebam scire an illud predium esset .x. iugerorum. an fines mei usque ad talem locum protenderentur. Item titium agrimensorem elegi. Item inuenisti et falsum mentitus et male. Item renuntiasti predium esse .x. iugerorum. uel fines meos minimus protendi et inueni minora esse iugera. uel plus esse in finibus. Item uenditor eius solum fuit et est factus non soluendo. Item tuis pactis magistri mensurandi. Item dolo tuo uel lata culpa male mensurasti et male renuntiasti. Positiones Rei.

Et contra reus faciat tales positiones. Ego dico quod tamen semper minus egit cum titio de finibus uel noluit ab eo emere iugera .x. Item dico quod impetrauit me, gero ... mensuram ... predia. Item in predio illo nesciunt tamen .x. iugera. Item fines tui usque ad talem locum tantum protenduntur. Item ego renuntiaui illa esse .x. iugera et fines tantum protendi. Item uenditor qui tibi uendidit est soluendo. Item dico me sine dolo et culpa lata mensurasse. i. bona fide. Libellus.

In hac autem actione concipiet ita libellum. Vobis domine c. R. de o. qui male dolo uel lata culpa renuntiauit mihi eum ipsum mittere ad mensurandum iugera uel fines renuntiauit enim esse iugera et minora inueni renuntiauit fines usque ad talem locum tantum protendi qui ulterius producuntur. unde interesse meum ab eo peto quod extimo .xx. et ad hoc propono actionem in factum contra illo eodem agrimensor falsum modum dixerit. quod ita recte concipiatur libellus. dic. l. ff. e. l. iii. § i. Mo.

Sed queritur. nam uidetur quod nulla sit utilitas actionis. nam si emptor seu uenditor uel ille qui habuit finale predium tecum est soluendo et tecum habebit auxilium contra illos contra agrimensorem non ago. ut ff. e. l. iii. § competit. Rursus actio ista est subsidiaria illis personis competentibus non soluendo. ut. in l. predicta et in eam tamen competit licet ille sit soluendo. ut in hac actione notaui et ff. e. l. iii. § i. Mo. Item queritur cum contractus sit mensuratoris fiat gratia utriusque et ille qui mittit ad metiendum et agrimensoris qui recepit aliquod beneficium loco quare non tenetur agrimensor de dolo. lata et leui. sed de lata tamen. cum secundum regulam in eo contractus sit gratia utriusque tenetur quis et de leui culpa. ut ff. commoda. l. siue contra. § i Rursus. Regula illa est uera ut tamen hic tamen exceptionem. ut ... et al' secundum regulam ubi contractus sit gratia tui tamen deberes teneri de dolo, lata leui et leuissima. ut in commodato. ut. l. predicta. fallit tamen in impetratio quod sit gratia tui tamen et tamen non teneris nisi de solo dolo et lata culpa. ut in deposito. fallit tamen in ... qui tenetur et de leui et leuissima, solummodo duorum. ut c. mu. l. a pour. Item nota. quod iste est quidam contractus. pse et innominatus. s. do ut facias et licet uidatur locatio non tamen est et si mercedem ueniat merces. quia id quod datur datur gratia renuntiationis. ut ff. e. l. i. De actione in factum ex edicto quando aliquis in fundum alterius eo inuito mortuum sepeliere uoluit. Que actio et cui datur.

Quia secundum iura mortuum in ciuitate sepeliri non debet si in castello. uel uico. sed tamen ... quia corrumpit.

acr cadaueribus mortuorum et ab hominibus infirmarentur.
io immo pena statuta est in eos .xl. aureorum contra illos qui
fecerunt. ut ff. de sepulcro. uio. l. pretor. § dixit. adeo.
et ideo et ideo contingebat sepe quod ego sepeliebam mo
tuum in fundum tuum et ita uidetur quod loci usus au
ferri. ideo quia ibi humatus homo iacebat. Inuen
ta est actio a pretore per quam uel dabis michi loci pretium et sta
bit ibi mortuus uel auferas inde sepultum. ut ff. de
relig. et sump. fu. l. tertia. Oleo S; cui erit
electio inferentis uel domini loci. uidetur quod inferentis. arg.
ff. de iur. dot. plerumque. § ult. uidetur tamen iniquum. ut ff.
rerum amo. non enim. et c. de his qui a non do. ma. l. i.
Domino tamen meo aliquando uidetur quod sit electio inferentis. quod co
gitur quis uendere fauore religionis. ut ff. de
relig. l. si quis sepulcrum. nam alias nemo cogitur uen
dere inuite. et in sotio manum mittere. ut c. de com
muni. ma. l. i. et in hoc concordat. dominus meus R. lic;
dominus p. fuerit in contrarium per ar. predicta. Verum quia actio
ista hodie de facto uix potest locum habere cum hodie de consu
etudine mortui in ciuitatibus castris et uillis se
peliantur uel saltem sepelliuntur in ecclesiis ideo in ea
parum insistam. Verum adhoc ut operetur tot sunt
necessaria. primum quod aliquis sit dominus loci uel ius ha
beat ibi puta uel fructum uel usum. ut ff. e. l. ii.
§ ii. et § similiter. l. officii. § in hac actione. Secundum quod lo
cus ille sit purus. i. neque sacer neque sanctus neque religi
osus. ut ff. e. l. ii. § purus. Tertium quod inuito lo
ci domino sit illatus alias cessat ut ff. e. l. ii. § si
usus et gloss. Quartum quod inferatur mortuus
causa sepulture. ut ff. e. l. ii. § dea. Quintum
quod tamen loci in quo corpus humanum est extimetur
ut. ff. e. l. ii. § cetterum. positiones dc.
In hac autem actione faciat actor tales confessiones:
Ego dico quod talis locus meus est uel ius habeo ideo. Item lo
cus ille purus fuit usque ad talem diem. Item quod me in
uito intulisti in eo mortuum tuum et causa sepulture.
§ e contrario faciat tales positiones uel confessiones. Ego di
co quod locus ille de quo dicitur est tantum tantum. po. Rei.
Item dico quod per horam intuli mortuum non sacra alibi se
pellitur. Item ego intulit consentiente. In hac actione
concipiet ita libellum. libellus
Vobis domine h. o. e. R. de co. qui in locum meum talem
purum me inuito intulit mortuum scilicet talem. unum aut
ipsum mortuum remoueat aut michi loci illius pretium quod
extimo .x. presertim et adhoc propono actionem in factum con
tra illo qui intulit mortuum in locum alienum. quod ita
recte concipiatur libellus. dicitur l. ff. e. l. tertia. et ita
concipiet libellum si dicet electionem esse inferentis. si autem
electio esset domini loci tunc ponet tamen alterum in libello.
qo S; illud queritur secundum omnem formam quod sit in obliga
tione utrum loci pretium an quod mortuus debeat remo
ueri. Rx utrumque in obligatione. alterum tamen in exsolu
tione tamen sit in alternatiua promissione. ut ff de
v. ob. l. si duo rei. in fine et hoc sic intelligitur ut sit
electio inferentis. si autem est electio domini loci tunc illud
erit in obligatione et solutione quod eliget dominus et pater

in libello sic inde quam ex electo alicuius capita
puta pro mutto uel rem istam aut illam quam uoles ut
ff. de v. ob. l. si quis stipulatus sit stichum aut
panphylum.

De act. funeraria que datur funeranti contra expensas
funeris quas fecit pro funere defuncti.

Quia multotiens aliquis sepelit mortuum et in eius fu
nus facit inpensas ideo pretor ad recuperandos sumptus
succurrit funeranti per actionem funerariam quam quidam dicunt
ita speciali nomine uocari alii dicunt quod non sit proprium nomen ac
tiones set sit adiectiuum et uocetur actio in factum funeraria.
sicut dominus meus notat in pax medie. sune. de relig. et sump.
fu. et post adducetur. in actione de speclio quod non est proprium nomen
actionis set adiectiuum. ut s. in actione de speclio notaui quod
enim actio ista datur ad recuperandos sumptus. dicitur l. ff.
de religi. et sump. fu. l. si quis sepulcrum. § pretor. Que actio
adhoc ut operetur tot sunt necessaria. Imprimis quod aliquis
sit mortuus. Secundum quod in fiunus illius mortui sint fac
ti sumptus. Tertium recuperandi animo fecerit. sic hec omnia pro
bantur per legem predictam. sumptum intelligas siue fiat in
mortuo sepeliendo uel custodiendo sicut contingit de hi
is qui in morientur in clero pecunia datur pretium mulie
ribus que custodiunt eum in nocte. uel inducendo mor
tuo. puta quia uult sepelliri peregre. sicut multa
quidam adducunt ad monasteria multum remota ut ibi
sepelliantur. siue fiat in presbiteri de nocte uel de
die eum custodiunt cantent psalterium pro anima mortui
uel si quid inpensum est in marmor ut ibi sepelliatur
uel in sarcophagum et breuiter quicquid inpensum est
circa corpus in talibus dicitur inpensa funeris. non autem dicitur
inpensa si aliquid in uestibus preciosis inpensum est circa
corpus ut cum eis sepellietur sicut faciunt simpliciores
et garcare quidam cum aliquibus uestibus sepelliuntur ali
quis cum talibus reliquo in die in dicam ut hic plenius
per l. ff. e. l. at si quis. § funeris. et l. funeris sumptus.
Quartum quod fiat sumptus secundum dignitatem mortui ut ne
quis plus inputet quam facultates. neque contra certum est sic in
modice factum quod habetur ratio facultatum defuncti
neque statur uoluntati testatoris si inmodice pre
cepit. ut ff. e. l. at si quis. § sequitur. Quintum quod
sumptu habeatur ratio temporis ut inpedeo. § ut si tempore
yemali in quo plus expendit quam quod in estate. Sextum
quod fiat contemplatione alicuius quod facio sumptus animo
repetendi ut inpedeo. l. § sed in dubio. Septimum
quod alia actio non operetur nam tunc ista non datur ut
ff. e. at si quis. § si quis dominus. Octauum quod sumptus
fiat secundum dignitatem et facultatem defuncti. nam si
modicus fiat sumptus in contumeliam defuncti cum defunc
tus locuplex sumptus ille non repetitur. ut ff. e.
l. at si quis. § sed in dubio. in fine. unde in hac actione
actor faciat tales confessiones. positiones. dc.
Ego dico quod talis mortuus fuit. Ve. Item in funus il
lius tantum expendi siue quia ipsum sepellire feci uel
custodire. uel peregre deferri. Item sumptus feci eo
animo ut repeterem. Item feci sumptus secundum dignitatem et facul

Ho. non seruatur uoluntas testatoris si

cultate defuncti. Item fui prestatus quod aid repetendi fa
cient. Item in yeme feci sumptus. Et reus faciat tales
positiones. po. Rei.

Ego dico quod tunc uiuit. si confitebitur actor succumbet. Item
si fuit mortuus sed tamen fecit sumptus. Item tamen inutiles fe
cisti sumptus. Item tu fecisti sumptus gerendo negotium heredis.
Item tu habes actionem fam. herc. contra heredem tuum. Item ita uis.
mortuus fuit. diues et nobilis et paruos sumptus in
funus eius fecisti. libellus.

In hac autem actione concipiet actor talem libellum. vobis domine. b.
c. e. R. dico. a quo peto michi solui xx. que expendi in
funus sui patris cuius est heres. et ad hoc propono actionem
funerariam vel actionem in factum funerariam. quod ita recte concipia
tur libellus dicit l. ff. e. si quis sepulcrum. § pretor ait. et
l. ait si quis. § hec actio. Opp. Sed opponitur quia
actio ista nullo iure uidetur competere. nam certum est quod si alia ac
tio competit quod ista non datur. ut C. notatum. sed probo quod
semper competet alia scilicet negotiorum gestorum. nam si sepelio defunctum gero
negotium quod ipso gestum respicit heredem et utiliter gesti quod dat
negotiorum gestorum actio. ut ff. de neg. gest. si pupilli. § si quis. et l.
pomp. si negotium. Sed posset forte dici quod illud uerum est adita
hereditate. ante aditam autem secus. et tunc locum habet funera
ria. Opp. Sed opponitur. nam tempore mortis uidetur
successisse defuncto non ex quo adiuit. ut ff. de ihp. l.
l. si ex re. dum. § illud. l. Illa fictione considerat
hic autem rei ueritas consideratur. nam in rei ueritate heres
ante quam adeat heres dici non potest et aliis autem nego
tiis in iacente hereditate daretur actio neg. gest.
sed per hoc non sequitur quod uerum est nam et alia negotia gesta iacen
te hereditate potuerunt esse defuncti diu uiueret. illud
autem non habita relatione ad posterius tempus non potest illud
negotium dici defuncti cum non superfuit. habita relatione
ad preteritum tempus similiter non potest dici defuncti quia eo ui
uente illud negotium explicari non potuit. multo quam
minus potest dici heredis qui iacente hereditate non
dum erat heres. ut ff. de neg. gest. l. ait pretor. § hi uba.
et l. sui hereditaria. nec obstat quod legitur ff. e. l. i. qui
propter funus impendit cum defuncto contrahere uidetur. non cum
herede. hoc uerum est quia cum defuncto uidetur contrahere ut uideatur
tur creditor hereditatis esse et ita habeat beneficium sepa
rationis. ut ff. de separa. l. i. et ita notat dominus noster insti
ma de religiosis. Illud autem notat quod hec actio da
tur contra exhibentem licet in actione neg. gestorum sit
contra. ut ff. e. l. ait si quis. § idem labeo. Item omnes eis ali
enum precedit. ut ff. e. l. plr. De actione in factum qua con
sulitur cum locus religiosus uenditus est pro puro.
et prohibetur emptor ne ibi inferat mortuos.

Contingit sepe quod quis locum religiosum uendit pro
puro et emptor imponit uel edificium uel aliud in loco
illo. uel prohibet dominum loci religiosi inferre ibi
mortuos. ideo consulitur domino loci religiosi per ac
tionem in factum contra illum ut tollat posita immo ut
patiatur sibi suum inferre quatenus interesse sua illa
non fuisse imposita uel illum non fuisse prohibitum. immo
contra receptum. ut ff de relig. l. ossa. § si locus. et l. libe
rum. et l. usque. emptor autem habet actionem ex empto contra uendi
torem licet uenditio non ualuerit quantum ad rem ipsam. ut

ff. de hered. uel act. uend. l. i. officium. § quia et hoc quod emptor sciat ig
norans. ut in predicta l. Cum ad hoc ut actio ista competat tot
sunt necessaria. Primum quod locus ille fuit religiosus. Secundum
quod sit uenditus pro puro. Tertium quod ille qui agit hac actione
sit dominus uel fructuarius uel habens seruitutem putatur inferendi
mortuum quia de alia non posset intelligi. ut ff comm. prae
d. l. caueri. sicut hec probantur. ff. de relig. l. ossa. § si illo
cus. et § in hac. positiones. Act.

Unde in hac actione actor faciat tales positiones. Ego dico quod
talis locus est religiosus. Item ego dico quod tu uendidisti illum pro
puro. Item locus ille ad me pertinet. uel in eo habeo usumfructum uel
seruitutem. po. Rei.

Et reus faciat tales positiones. Ego dico quod locus ille uacat
omni sepultura. si confitetur actor succumbet quia iam non erit
religiosus. Item dico quod illum uendidit tibi tamen. Item illi se
pultum est dominus pleno iure. si confitebitur actor succumbet. In
hac autem actione concipiet actor libellum. libellus.
vobis domine b. c. e. R. dico. quod locum meum scilicet talem religi
osum pro puro emens talia imposuit uel mortuos meos in
ferre prohibet. unde ut imposita tollat uel interesse meum mihi
prestet quod extimo. xx. ago contra eum et ad hoc propono actionem in factum.
quod ita recte concipiatur libellus. dicit l. ff. e. l. ossa. § si
locus. et l. liberum. et l. usque. potest etiam concipi libellus contra ue
nditorem illius loci ut ita dicat. dico. quod in meum locum re
ligiosum pro puro uendidit titio qui in loco predicto edifica
uit unde mortuos meos libere inferre non possum. unde a
go contra ipsum ut predicta imposita faciat remoueri uel in
terest meum interesse prestet et ad hoc propono actionem in factum quod ita rec
te concipiatur. dicit l. predicta. Opp. Sed opponitur
nam non uidetur quod contra emptorem possit libellus concipi. cer
tum est quod emptor non uenit sibi. nec ex dolo uel quasi nec ex ma
leficio uel quasi cum ignorans emerit quod actio contra eum intentari non
potest. ut ff. de act. et obl. l. i. Item si emptor imposuit edifici
um posset agere quod edificium esse suum cum quicquid imponitur
solo cedit. ut ff. de aquir. r. do. l. ad. et inst. de re. di.
Item si imponit alia circa sepulcrum per actionem in factum illa
peteret cum religiosa facta sit. ut ff. de rei uin. l. quere
tenolis. Sed contra emptorem recte intenditur actio predicta et pro
dictis. nam si aliquid imposuisset in sepulcro meo me in
uito uolo quod tollat et hoc ratio suadent. Item quod ueni
at contra loci pretium et hoc ratio suggerit qui ab hoc est quod di
cit in predicto. § si locus. uerum consulitur cum quasi ex empto ac
tionem contineat. et sic illa continet interesse. ita et ita contra
uenditorem autem deuiter concipitur libellus ut predic
tus. Qo Sed tamen oritur in hoc casu credo illam
oriri ex maleficio. delictum est uendere quam alienare rem
prohibita. Item religiosa pro pura. ut. ar. c. de pact. l. de quoe.
§ uult. Sed quod datur contra heredem ut in predicto. l. usque. et l. libe
rum. Item quia ex quo defunctus uendidit locum meum et
habuit pretium. uidetur rem huius cum pretium loco rei succe
dat. ut ff. de pet. her. l. si et rem et pretium et suum adeum
semel peruenisse. ut et al. ff. quod metus causa uidemus. Qo
Sed illud queritur qualis actio ista detur fructua
rio uel habenti seruitutem. non recipiunt. ut ff. comm. de seruit.
l. caueri. Ideo non recipiunt seruitutem ut ad certum mo
dum monumentum extollatur uel certus numerus hominum
humetur. ut in l. predicta. uerum tamen seruitutem recipe
potest. scilicet quod licitum sit michi in monumentum meum inferre mortuos

Item ut supra dixi nam certum est quod ea que priuatim
iuris esse desinunt seruitutem [illegible]

mortuos. item et monumenta mei relinquere tibi pos sum iniuste. **De actione in factum que descendit ex iure iurando. que est quod inter petitorem et possessorem et ubi defecit sacramentum alii. rubrica.**

Contentiones sepe inter petitorem et possessorem de re aliqua quam petitor infirmiter. i. sine causa dicat suam esse. ubi quidem qui dicit peto rem istam quam dico ad me pertinere et non dicit ex qua causa. et possessor dicit ad se pertinere. eadem contentio de iniustis. forte vel de hereditate vel de rebus aliis et sic de aliquibus. possessor defert sacramentum actori iura quod res ista sit tua et ego illam tibi restituam. vel actor dicit possessori iura quod res ista sit tua et ego cedo aliter. unde in hoc casu pretor inducat actionem in factum competitur ex hoc iure iurando delato propria consu litur iurantia. quod preter rem auocatur. sed aliter possessor et aliter petitor. nam possessor habet exceptionem contra petitorem. habet et petitorem actionem, contra eum si forte possessor a possessione cecidit et peruenit ad petitorem. petitor autem tamen contra possessorem habet actionem qui detulit sacramentum non autem habet actionem contra alios. quia res inter alios acta aliis non preiudicat. sicut hec probantur ff. de iur. iur. l. nam postea. § ult. et l. sed si possessori. pretorial. Sed opponitur ff. de publiciana. l. cum. que § petenti. nam ibi dicit quod delato sacramento a possessore actori actor habet publicianam. hec autem dicit quod habet in factum. sed ego distinguere ita et concordiam facere. nam hodie ego possessor detuli tibi petitori sacramentum tu iurasti habes contra me actionem in factum ut rem tradam. postquam autem tibi tradidero si a possessione ceciderit et illa possessio peruenit ad me habes contra me publicianam. quia publiciana non datur antequam possessio tradita sit ut in casibus ut ff. de public. l. i. et ii. et iii. alii dicunt quod nos ad mittimus quod publiciana non est proprium nomen actionis. sed est adiectiuum. unde non contradicit. l. illa. quia datur in factum publiciana sed possessione tradita petitori qui non habet publicianam contra omnes. sed tamen contra deferentem. ut in predicto. § ii. petenti. cum ex iusta causa habeat. ut in inst. de act. § aliter et ff. de pu. l. i. sed dicit dominus noster et dicit quod ubi competit iuramentum pu. contra omnes cum ex causa ex iusta sit tradita puta ex delatione iur. iur. sicut si esset data ex causa dotis. vel permutationis vel le gati. sicut ibi causa assignatur. ff. de pu. l. i. et sequenti bus. et illud duntaxat quod ponitur in predicto. § non excludit competentiam contra omnes possessores. sed excludit tamen dominum quia contra eum non datur. ut ff. de publiciana. l. ult. et sic exponitur. alias uer bum soli. c. de legibus et constit. singularis et verbum hoc solum sic inuenitur. ff. de iur. iur. Unde ad hoc ut actio ista competat tot sunt necessaria quot sunt necessaria in actione utili ex qua iuratur. de quo tractauimus. s. in rubrica. et ibi inuenies in omnibus enim concordat illa cum ista preter quia que illa locum habet quando causa sunt adiecta in sacramento delato. hec autem locum habet quando causa non adiicitur. et verbum illud infor miter est verbum magistrale non legale. et quare quia causa causa sit iusta et ideo que actio indicatur vel non ualet obligatio. ut ff. de dolo exc. l. ii. et de condit. sine causa. l. quasi. sicut que est substantia actionis et obligationis que est forma. nam forma rei est esse rei ut ff. ad exhiben. l. iii. si quis hominem. § sed et si quis rem et hoc est quod dicit legalibus cautionibus indiscrete loquitur quia sine causa. ut ff. de probat. cum de inde § ult. licet est dicam quod ad me pertinet causa proprietas non uide retur pro dubio ipsius vel pertinet. ut ff. de v. s. l. verbum pertinere. unde omnes confessiones questiunt in predicta actione possunt et in hac fieri. libellus.

In hac autem actione concipitur talis libellus. Vobis domine h. q. e. R. de o. quendam a b eo rem talem peteret quam dicebam me a esse. unde eo referente iuraui rem illam esse meam quam rem tradere michi recusat vel mihi restituat unde ipse et assignetur ago contra illum et ad hoc propono actionem in factum ex iure iuris l. nam postea. § ult. cum l. sequenti et l. sed si possessori. pretorial. l. (qualis autem libello obiiciatur quere in predicta actione utili ex qua iuratur. de qua tractaui. s.) si autem pos. a possessione ceciderit et res deuenit ad petitorem, qui detulit concipiet talem libellum. libellus.

Vobis domine h. q. e. R. de o. quendam a me rem peteret quam dicebat suam esse ipso deferente iuraui rem illam me a esse unde cum a possessione illius rei cecideris et ad ipsum peruenerit rem illam michi prestari peto. et ad hoc propono actionem in factum ex iure iur. informiter delato. quia recte concipi atur libellus. dicit lex ff. de iur. iur. l. sed et si. pos. in principio et hoc verum est quando possessor iurauit rem suam esse. sed si iurauit rem petitoris non esse. tunc nullam haberet actionem. sed tamen exceptionem. ut in l. predicta et est ratio quare in isto casu habet actionem. in isto non. nam quando iuro rem meam possessionem tuam iuro tuam non esse. et ideo datur actio et exceptio. quod in isto casu non est. ut ff. de precar. l. possum. ii. inst. ad. Sed illud quere quare ratio que possessor deferente uis iurandi actori re actori tradita habet actor publicianam contra omnes ut supra dixi. ac tore autem deferente sacramentum pos. et re apud illud di missa non habet actionem in factum contra omnes sed tamen contra deferentem. ut ff. de iur. iur. l. nam postea. § ult. sed dicit dominus noster a ctor ideo habet publicianam contra omnes quia ex causa iusta pre cedit et traditio sequitur quod publicianam inducit. ut s. dixi et dicit l. ff. de publiciana. l. traditio. Reo autem iurante res nulla tibi traditur sed tamen excusat ne apud eum remanere uideatur. addo ar. optimum c. de iur. calum. l. si fundo. **De actione in factum ex illo edicto si mulier uentris nomine calum nie causa in possessione missa esse dicatur.**

Contingit sepe quod aliquis moritur uxor illius dicit se ex mortuo pregnantem cum non esset vel erat pregnans ex alio et ita per calumpniam petit nomine uentris mitti in possessionem bonorum quando sui mariti ut inde uenter seruatur et per in gressum fiat rebus alienis unde pretor succurrit heredi uenienti ex testamento vel ab intestato contra illam mulierem per actionem in factum ex illo edicto si mulier uentris nomine queratur contra illam ad interesse. ut ff. si mulier. uentris. no. in pos. calum. causa missa esse dicatur. l. i. unde ad hoc ut actio ista competat tot sunt necessaria. primum quod aliquis sit qui habeat uxorem. secundum quod habeat bo na. tertium quod sit defunctus. quartum quod mulier per calumpniam petat missionem in bonis illius. quintum quod missa sit. sextum quod annus utilis non sit elapsus. si cut hec comprobantur. ff. e. l. i. § i. ii. et iii. ideo enim dixi quod fuit uxor quia aliter non posset petere. ita enim de mum petatur missio quotiens ille qui gestatur in uentre esset legitimus successor si nasceretur. unde interim non aditur hereditas. ut ff. de acq. her. l. cum quidam. et ideo dicit. rubrica. si mulier. causa. quia necessaria calumpnia cessat hec actio contra mulierem et interim si ne causa aliter nomine uentris rebus aliis. ut ff. e. l. § ii. et iii. potest esse sine calumpnia si forte esset

se pregnantem vel asseverabatur pregnans ab (oste) tribus pu[ncti]s quia forte cessaverunt menstrua, habebat dolores, ha|bebat fastidium. ceterum si alio sero comedisset multum de fabis et ita venter intumuit non debuit esse pregnante. ut ff. de acq. her. cum quidam et ff. de his qui no. infa. l. notantur et l. cum pregnans et l. de iure et l. ea et l. penultima. In dubio quod presumendum. Respondeo presumo missam sine calumpnia ut ar. ff. de his qui no. infa. l. non solum. In hac actione actor faciat tales confessiones suas. Po. ac.

Ego dico quod tu domina fuisti uxor Titii. Item Titius multa reliquit tempore mortis. Item tempore mortis eius habebas menstrua. Item in extali concepisti. Item dicebas te pregnantem cum esses non concepta. Item annus utilis adhuc durat. Item tu recepisti ex illis bonis. Item petiuisti missionem in bonis illis. Item fuit tibi concessa. Po. Rei.

E contrario si domina faciat tales positiones. Ego dico quod ego credidi me pregnantem et uiuere. Item dico quod me castam uixisse dixisse pregnantem cum marito meo. Item obstetrices dicebant me pregnantem. Item fui in utero pregnans. Item fecit ab ortum vel natus est filius vel filia. Libellus.

In hac actione concipiet actor ita libellum. vobis domine h. g. c. R. de domina Berta que finxerit se grauidam cum non esset vel esset ex non ex uiro suo per calumpniam petiuit missionem in bonis Titii quondam uiri sui et missa fuit de quibus bonis diminuta sunt que ualent xx. unde cum sim heres Titii, ideo contra dictam dominam ago et predicta peto et adhuc propono actionem in factum ex illo edicto si mulier. ventris nomine. in pos. mis. esse dicatur. quod ita recte concipiatur libellus. dicit l. ff. e. l. i. §. i. et § operit et § ult. Sed uidetur quod actio ista contra mulierem intendi non possit et sic inepte concipitur libellus. nam mulier quando petebat missionem in bonis nomine uentris aut fuit sibi obiectum quod per calumpniam peteret aut non. si fuit obiectum et pretor non obstante obiectione eam in pos. misit. frustra modo litigat aduersarius de calumpnia mulieris. nam mulier posset habere exceptionem rei iudicate. si non fuit obiectum mulieri de calumpnia quando petebat missionem in bonis non modo potest obici quia consulit preceptoria debuit ante sententiam opponi. ut c. sententiam rescin. non pos. l. preceptorias. Rx quod mulier ante petebat missionem in bonis nulla uidebatur causa cum quod non per calumpniam peteret. unde si actor tunc non obiecit non fuit quod sibi imputaretur. Et ideo dicemus opponi locum habere in his quod cause cognitionem desiderant. at hic plena cause cognitio non desideratur vel forte actor prestatus fuit de calumpnia et ideo audiendus. vel cito quod non fuit prestatus. modo ex post facto apparet calumpnia preterita quod decepit pretorem et ideo actor admittitur. ut in ff. de his qui no. infa. l. debuit et sic no. in hac actione quod mulier que est missa in pos. licet non possideat. ut ff. de acq. pos. l. possideri. in fine tamen fructus percipit ut hic et ff. ut in pos. lega. l. que legatorum. quod alibi non est preter quam cum impenetratione hereditatis. ut ff. ex qui. ca. in pos. ea. l. falcimus. § ult. De actione in factum ex illo edicto si mulier ventris nomine in possessione missa dicatur. Et possessionem ad alium transferre dicatur. Rubrica.

Quia aliquando mulier non solum peccat in predicto modo et alio quia postquam missa est in pos. nomine uentris ipsam possessionem illam in alium transfert et sic defraudantur heredes quod iure succedere poterit. quia forte bona

fide fructus consumit vel si mala fide et non soluendo. ideo heredes habent actionem in factum contra mulierem ad instar eius. illum cui missus est habet actor ordinarium auxilium. s. interdictum ut ff. si uentris no. muli. in pos. missa. eadem pos. ad alium do. ma. di. ea. esse trans. l. i. §. i. et § non solum et § necessario et hec est uera sententia quod heres habet interdictum contra illum cui missus est. non autem mulier habet ipsam interdictam unde expositio illorum non placet ut sicut dominus ibi notat. Qo. Sed illud quod interdictum habet actor contra illum qui habet possessionem a muliere translatam quandam dicitur uti possidetis vel utrubi vel interdictum. ff. si uentris. no. mulier. in pos. mis. ea. pos. ad alium do. ma. dicta. esse. trans. quia in eo de iure. l. i. dicit pretor ut qui per dolum uenit in pos. cogatur discedere. alii glosauerunt quod habet interdictum nouis fiat ei qui in pos. sed male quia illud datur mulieri que est missa mitti in pos. et alius vel ipse actor eam in possessionem ne prohiberet. puta quia non admittit vel reicit vel expellit. ut ff. ne uis fiat ei qui in pos. missus erit. unde ad hoc ut actio ista competat tot sunt necessaria. Inprimis quod mulier sit in pos. missa. Secundum quod possessionem illam ad alium dolo malo transtulerit vel concelamauit causam scribendi alteri causam ut per quandam machinationem in pos. alius introducatur. ut ff. e. l. i. et ii. Item intelligas istam actionem ita demum competere contra mulierem et datur heredi uenienti ex testamento vel ab intestato quando mulier per calumpniam missa fuit in pos. ut in superiori notaui. vel quando fuit missa ratione uentris et sic non per calumpniam sed fecit abortum alioquin si nasceretur et esset in rerum natura quod portabatur in uentre quare ageret qui uero poterat aliter esse heres contra mulierem sed et inter cum pos. sed agere contra mulierem partus postea editus. aliquando titulus iste non haberet locum. unde in hac actione actor faciat tales positiones. Positiones actoris.

Ego dico quod sum heres Titii ex testamento vel ab intestato. Item tu domina fuisti missa in pos. bonorum nomine uentris ipsius Titii et per calumpniam vel fecisti abortum. Item dico quod tu illam pos. ad alium transtulisti. Positiones Rei.

E contrario reus faciat tales positiones. Ego dico quod seymus non est heres Titii. quia si hoc confitebitur actor succumbet. Item ego fui missa in pos. nomine uentris et peperi filium et filius ille uiuit. Libellus

In hac actione concipiet actor ita libellum. vob domine h. g. e. R. de g. que missa in pos. bonorum quondam Titii cuius heres sum ex testamento vel ab intestato. illam pos. ad alium dolo malo transtulit. unde interesse mea in c. quod interesse peto et adhoc propono actionem in factum descendentem ex illo edicto. si mulier uen. no. in pos. mis. et eadem pos. ad alium. do. m. di. esse trans lata. quod ita recte concipiatur libellus. dicit. l. ff. e. l. i. i. R. Qo. Sed queritur quare non uidetur quod libellus iste contra mulierem recte concipiatur. nam iste qui se dicit heredem habet ordinarium auxilium. s. interdictum ut supra notaui contra illum qui habet pos. ut ff. e. l. i. § necessario. sic habet ordinarium auxilium contra illum. quod ex ordinario uti contra mulierem non debuit. sicut et in minore legitur ff. de min. l. in cause. Rx hoc uerum esset contra eandem personam. at contra diuersas utroque auxilio utitur. ut c. si tutor. vel cu. in fine. l. et. Item quod opponis locum habet quando ordinarium auxilium alio iure competit quod extraordinarium. at hic utrumque auxilium eodem iure competit. unde utroque uti potest. sic et alibi habetur ar. ff. ex qui. ca. in pos. ea. l. apud iul. Qo.

Item quero quomodo heres habet interdictum de eo uti possidetis vel utrubi. cum nullam habuit. pos. nam licet hereditatem adierit.

oia iura transeant. possio autem non in spiali apprehendit. ut ff. de acq. pos. l. cum heredes. sicut sustinent quod illa infacta loc habet dicens quod post apprehenderunt. alias una pos. uel unius ini. heres non posset. Qo. Sed adhuc qre quo modo potuerunt apprehendere pos. cum uentri muliere existente pregnante hereditas adiri non potest. l. cum quidam. ideo mulier abintestato non dicebatur se pregnatem sed post quam illi adiuerunt hereditatem et pos. apprehenderunt. Questio. Item quero quomodo competit ubi inte-ruit. Unde in. mulier missa in pos. non possidet. ut ff. de acqui. pos. l. possideri. § ult. si non possidet quo modo ergo illa assignante alii pos. fuit heres pos. puat. nam non potuit plus transferre quam ipsa habet. at ipsa non habuit pos. ergo non potuit ad alium transferre quam ipsa heres at ipsa non habuit. ut ff. de reg. iur. l. nemo plus. et ff. de acq. re. do. l. traditio. Re mulier inducta in pos. licet non possideat tenet tamen. et ea tamen quod illa detenta pos. competitur iterum ut heres ciuilem habet aio naturalem. p. o opatur. unde detentio opatur. Unde muliere tradente puatur dns et uerus. possessor possessione sua. ut de colo. lege qui licet non possideat sed tenet. tamen si tradat puat dominum possessionis. ut ff. de acq. pos. § regre. § quibus explicatur. Si opponis de l. c. de acq. pos. l. ult. dico quod lex illa loquitur in duob. casib. colono negligente uel proditore ne nullum sit preiudicium dno. at colono exspoliato uel tradente dns pos. puatur sic est ubi notatur.

De actione infactum que datur tu. auctore negotiis gestis esse dicatur: que competit contra eum cum pupillo contraxit tamquam tutore. Rca.

Si aliquis sciens se non esse tutorem dolo malo dicit se tutorem et ita eo auctore aliquis cum pupillo contraxit quis contractus apparet postea non tenere uel rem aliquam pupilli uendit que uenditio reuocatur et sic dampnificatur qui contraxit aget contra illum ad totum suum interesse. in factum actione in tantum. de eo quod falso tutore auctore gestum esse dicitur in quo interesse habebitur ratio et sumptuum suorum esse dicitur. in quo interesse habebitur ratio et sumptuum suorum quos facturus est in iudicio restitutorio. ut ff. e. l. i. § i. et l. nouissime. Similiter agere potest pupillus contra illum si in aliquo dampnificatus est de qua actione dicemus statim infra. Unde ad hoc ut actio ista competat tot sunt necessaria. Primum quod aliquis sit pupillus. Secundum quod aliquis se tutorem non esse se in ipsius negotiis interponat. Tertium quod dolo malo hoc faciat. Quartum quod esse aut contractum. Quintum quod ille qui contraxit ignoret ipsum esse falsum tutorem immo credat illum esse uerum. Sextum quod contractus ille non sit confirmatus tuitione pretoris. nam licet ipso iure non ualeat ualet tamen tuitione pretoris. ubi hec omnia probantur. ff. e. l. i. § i. et § pult. et l. ii. et § ult. l. nouissime. Septimum quod tamen falsus interueniat. nam si interuenerit falsus cum uero ualet contractus. ut ff. e. l. § inde. Unde in hac actione actor faciat tales positiones. Positiones actoris.

Ego dico quod tunc erat pupillus. Item quod tu dicebas te tutorem illius. Item tu sciebas te non esse tutorem et sic dolo malo asserebas te tutorem. Item ego contraxi cum illo pupillo te auctorizante. Item contractus ille fuit rescisus. Item dampnificatus fui pro contractu illum in c. Et reus faciat tales confessiones. Positiones Rei.

Item dico quod tu aliter est pro mea auctoritate eras contracturus cum illo pupillo. Item licet ego pilbiteri auctore tamen alius uerus tutor interfuit. Item tu sciuisti me falsum tutorem. Item fuit tibi denuntiatum me esse falsum et tu denuntiationi fidem adhibuisti. In hac autem actione concipiatur actor ita

libellum. Libellus.

